# ORATIONES

quæ in vniuerſali Eccleſia per totum an
num decantantur: nunc denuo col
lectę: recognitæ: & ad vnguē
caſtigatæ: & nouiter im-
preſſæ.

IMPERIALI

Cum priuilegio.

ANN. M.D.xxxix.

R 22485

Dominica prima aduentus. Oratio.

EXcita quæſumus domine potentiam tuam & veni: vt ab imminentibus peccatorum noſtrorũ periculis te mereamur protegente eripi: te liberãte ſaluari. Qui viuis & regnas. Sacra.

Hæc ſacra nos domine potenti virtute mũdatos: ad ſui faciant puriores venire principium. Per dominum noſtrum Ieſum chriſtum. Oratio.

Suſcipiamus domine miſericordiam tuam in medio tẽpli tui: vt reparationis noſtræ ventura ſolemnia, congruis honoribus præcedamus. Per dominum noſtrum Ieſum chriſtum.

Dominica ſecunda. Oratio.

EXcita domine corda noſtra ad p̄parãdas vnigeniti tui vias: vt per eius aduentum purificatis tibi mẽtibus ſeruire mereamur. Qui tecum viuit & regnat. Sacra.

Placare quæſumus domine humilitatis noſtrę p̄cibus & hoſtijs: & vbi nulla ſuppetunt ſuffragia meritorum: tuis nobis ſuccurre p̄ſidijs. Per dominum noſtrum. Poſtcommunio.

Refecti cibo ſpiritualis alimonię ſupplices te domine dep̄camur: vt huius participatione myſterij, doceas nos terrena deſpicere: & amare cęleſtia. Per dominum noſtrum.

Dominica tertia. Oratio.

AVrem tuam quæſumus domine pręcibus noſtris accommoda: & mentis noſtræ tenebras gratia tuæ viſitationis illuſtra. Qui viuis & regnas. Sacra.

Deuotionis noſtræ tibi quęſumus domine hoſtię iugiter immolẽtur: q̃ & ſacri peragant inſtituta myſterij: & ſalutare tuum nobis mirabiliter operentur. Per dominum. Poſtcommunio.

Imploramus domine clementiam tuam: vt hęc diuina ſubſidia a vitijs expiatos: ad feſta ventura nos pręparent. Per dominum.

Feria quarta quatuor temporum. Oratio.

PRæſta quęſumus omnipotens deus: vt redemptionis noſtrę ventura ſolemnitas: & p̄ſentis vitæ nobis ſubſidia cõferat: & æternę beatitudinis p̄mia largiatur. Per dominum. Oratio.

Feſtina quęſumus dñe ne tardaueris: & auxiliũ nobis ſup̄nę virtutis impende: vt aduentus tui conſolationibus ſubleuentur; qui

in tua pietate confidunt. Qui. Sacra.

Accepta tibi ſint quęſumus domine noſtra ieiunia; quę in expiãdo nos tua gratia dignos efficiant; & ad promiſſa ſempiterna perducant. Per dominum, Poſt communio.

Salutaris tui domine munere ſaciati ſupplices deprecamur: vt cuius lætamur guſtu/ renouemur effectu. Per dominum.

Feria ſexta. Oratio.

EXcita quęſumus domine potentiam tuam & veni: vt hi qui in tua pietate confidunt; ab omni citius aduerſitate liberent. Qui viuis & regnas. Sacra.

Muneribus noſtris quæſumus domine, pcibuſq; ſuſceptis: & cęleſtibus nos munda myſterijs: & clementer exaudi. Per. Poſtco.

Tui nos domine ſacramẽti libatio ſancta reſtauret: & a vetuſtate purgatos in myſterij ſalutaris faciat tranſire conſortium. Per do.

Sabbato. Oratio.

DEus qui conſpicis quia ex noſtra prauitate affligimur: cõcede ꝓpicius: vt ex tua viſitatione conſolemur. Qui viuis & regnas deus per omnia ſæcula ſæculorum. Amen. Oratio.

Concede quęſumus omnipotẽs deus; vt qui ſub peccati iugo ex vetuſta ſeruitute deprimimur; expectata vnigeniti tui noua natiuitate liberemur. Per eundem. Oratio.

Indignos nos quęſumus domine famulos tuos: quos actionis proprię culpa cõtriſtat: vnigeniti filij tui aduentus lętificet. Qui te.

Pręſta quæſumus omnipotens deus: vt filij tui ventura ſolemnitas: & pręſentis nobis vitæ remedia cõferat: & pręmia æterna concedat. Per eundem. Oratio.

Preces populi tui quæſumus domine clemẽter exaudi: vt qui iuſte pro peccatis noſtris affligimur: pietatis tuę viſitatione conſolemur. Qui viuis & regnas deus. Oratio.

Deus q̄ trib⁹ pueris mitigaſti flãmas igniũ; concede propicius: vt nos famulos tuos nõ exurat flãma vitiorũ. Per dñm. Sacra.

Sacrificijs p̄ſentibus domine quæſumus placatus intende: vt & deuotioni noſtræ proficiant: & ſaluti. Per. Poſt communio.

Quæſumus domine deus noſter; vt ſacroſancta myſteria q̃ pro reparationis noſtræ munimine contuliſti: & p̄ſens nobis remedium eſſe facias: & futurum. Per dominum noſtrum.

Dominica quarta. Oratio.

EXcita domine potentiam tuam & veni: & magna nobis virtute ſuccurre: vt per auxilium gratiæ tuæ quod noſtra peccata prępediūt: indulgētia tuę propiciationis acceleret. Qui. Sacra.

Sacrificijs prȩſentibus domine quæſumus placatus intende: vt & deuotioni noſtræ proficiant & ſaluti. Per dominum. Poſtcom.

Sumptis quęſumus domine muneribus: vt cū frequentatione myſterij; creſcat noſtræ ſalutis effectus, Per dominum.

In vigilia Natalis domini. Oratio.

DEus qui nos redemptionis noſtræ annua expectatione lętificas: pręſta vt vnigenitum tuum quem redemptorem ſuſcipimus: venientem quoq; iudicem ſecuri videamus dominum noſtrum. Qui tecum viuit & regnat. Sacra.

Da nobis quęſumus omīpotens deus: vt ſicut adoranda filij tui natalicia præuenimus: ſic eius munera capiamus ſempiterna gaudētes. Qui vi. Poſtcommunio.

Da nobis domine quęſumus vnigeniti filij tui recenſita natiuitate reſpirare: cuius cęleſti myſterio paſcimur & potamur. p eūdē do.

Ad Gallicantum. Oratio.

DEus qui hāc ſacratiſſimam noctē veri luminis feciſti illuſtratione clareſcere: da quęſumus: vt cuius lucis myſteria in terra cognouimus: eius quoq; gaudijs in cęlo perfruamur. p. Sacra.

Accepta tibi ſit quęſumus domine hodiernę feſtiuitatis oblatio: vt tua gratia largiente: per hęc ſacroſancta cōmertia: in illius inueniamur forma: in quo tecū eſt noſtra ſubſtantia. Qui. Poſtcōmunio.

Da nobis quęſumus domine deus noſter: vt qui natiuitatem dn̄i noſtri Ieſu chriſti nos frequentare gaudemus: dignis cōuerſationibus ad eius mereamur peruenire conſortium. Qui tecum.

In luce. Oratio.

DA quæſumus omnipotens deus: vt qui noua incarnati verbi tui luce pfundimur: hoc in noſtro reſplēdeat opere: quod per fidem fulget in mente. Per eundem. Oratio.

Da quęſumus omnipotens deus: vt qui beatæ Anaſtaſię martyris tuæ ſolemnia colimus: eius apud te patrocinia ſentiamus. Per dominum noſtrum. &c Sacra.

Munera noſtra queſumus domine natiuitatis hodiernę myſterijs apta proueniant: vt ſicut homo genitus idem refulſit deus; ſic nobis hęc terrena ſubſtantia conferat; quod diuinũ eſt. Per eũ. Sacra.
Accipe q̃ſumus domine munera dignanter oblata; & beatę Anaſtaſię ſuffragantibus meritis ad noſtrę ſalutis auxilium prouenire concede. Per dominum. Poſtcommunio.
Huius nos dñe ſacramenti ſemper nouitas natalis inſtauret: cuius natiuitas ſingularis humanã repulit vetuſtatẽ. Per eun. Poſtcõio.
Satiaſti domine familiam tuam muneribus ſacris: eius queſumus interuentione nos refoue; cuius ſolẽnia celebramus. Per dñm.

In die. Oratio.

Concede quæſumus omnipotens deus; vt nos vnigeniti tui noua per carnem natiuitas liberet; quos ſub peccati iugo vetuſta ſeruitus tenet. Per eundem. Sacra.
Oblata dñe munera noua vnigeniti tui natiuitate ſanctifica; noſq; a peccatorũ noſtrorum maculis emunda. Per eũ. Poſtcõmunio.
Præſta q̃ſumus omĩpotens deus: vt natus hodie ſaluator mũdi; ſicut diuinæ nobis generatiõis eſt autor; ita & immortalitatis ſit ipſe largitor. Qui tecum viuit.

Dominica infra octauas Natalis domini. Oratio.

Omnipotens ſempiterne deus; dirige actus noſtros in beneplacito tuo; vt in nomĩe dilecti filij tui mereamur bonis operibus abundare. Per eundem. Sacra.
Cõcede quæſumus domine: vt oculi tuæ maieſtatis munus oblatum: & gratiam nobis deuotionis obtineat: & effectũ beatæ perẽnitatis acquirat. Per dominum. Poſtcommunio.
Per huius domine operationem myſterij: & vitia noſtra purgentur: & iuſta deſideria compleantur. Per dominũ.

In die Circumciſionis. Oratio.

Deus qui nos nati Saluatoris diem celebrare cõcedis octauũ: fac nos quæſumus eius perpetua diuinitate muniri; cuius ſumus carnali commercio reparati; Qui tecum. Sacra.
Præſta quæſumus domine: vt per hæc munera quæ domini noſtri Ieſu chriſti arcanæ natiuitatis myſterio gerimus: purificatę mẽtis intelligentiam conſequamur. Per eũdem. Poſtcommunio.

Præſta quæſumus dñe; vt quod ſaluatoris noſtri iterata feſtiuitate percepimus: perpetuæ nobis redemptionis conferat medicinã. p.

In vigilia Epiphaniæ domini. Oratio.

COrda noſtra quæſumus domine venturę feſtiuitatis ſplẽdor illuſtret: quo mundi huius tenebris carere valeamus: & perueniamus ad patriam claritatis æternæ. Per dominum. Sacra.

Tribue q̃ſumus dñe: vt eũ p̃ſentibus immolemus ſacrificijs: & ſumamus/ quẽ vẽturę ſolẽnitatis pia munera p̃loquũtur. Dñm no.

Illumina quęſumus dñe populũ: & ſplẽdore gratię tuæ Poſtcõ. cor eius ſemper accende; vt ſaluatorem ſuum & inceſſanter agnoſcat: & veraciter apprehendat Ieſum chriſtum filium tuum. Qui tecum viuit & regnat.

In die Epiphaniæ. Oratio.

DEus qui hodierna die vnigenitum tuũ gentibus ſtella duce reuelaſti: concede propitius: vt qui iam te ex fide cognouimus: vſq; ad contemplandam ſpeciem tuæ celſitudinis perducamur. Per eundem. Sacra.

Eccleſiæ tuæ quæſumus domine dona propitius intuere; quibus non iam aurum, thus: & myrrha profertur: ſed quod eiſdem muneribus declaratur, immolatur, & ſumitur. Per. Poſtcom.

Præſta quæſumus omnipotẽs deus, vt quæ ſolemni celebramus officio: purificatæ mentis intelligentia conſequamur. Per.

Dominica infra octauas Epiphaniæ. Oratio.

VOta quæſumus domine ſupplicantis populi cęleſti pietate p̃ſequere: vt & quæ agenda ſunt videant: & adimplẽda quæ viderint conualeſcant. Per dñm. Sacra.

Oblatum tibi domine ſacrificium viuificet nos ſemper: & muniat. Per dominũ noſtrum. Poſt communio.

Supplices te rogamus omnipotens deus: vt quos tuis reficis ſacramẽtis: tibi etiam placitis moribus dignãter deſeruire cõcedas. Per dominum noſtrum.

In octauis Epiphaniæ. Oratio.

DEus cuius vnigenitus in ſubſtantia noſtræ carnis apparuit: præſta quæſumus, vt per eum quem ſimilem nobis foris agnouimus: intus reformari mereamur. Qui tecum. Sacra.

Hoſtias tibi domine pro nati filij tui apparitione deferimus: ſup-



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SEVILLA

pliciter exorantes: vt ſicut ipſe noſtrorum autor eſt munerum: ita ipſe ſit miſericors & ſuſceptor Ieſus chriſtus dominus noſter. Qui tecum viuit & regnat. Poſtcommunio.

Cęleſti lumine quæſumus domine ſemper & vbiq; nos præueni: vt myſterium cuius nos participes eſſe voluiſti: & puro cernamus intuitu: & digno percipiamus effectu. Per dominum.

Dominica ſecunda poſt octauas Epiphaniæ. Oratio.

OMnipotens ſempiterne deus: qui cęleſtia ſimul & terrena moderaris: ſupplicationes populi tui clęmenter exaudi: & pacem tuam noſtris concede temporibus. Per. Sacra.

Oblata domine munera ſanctifica: noſq; à peccatorum noſtrorum maculis emunda: Per dñm. Poſtcommunio.

Augeatur in nobis domine quæſumus tuæ virtutis operatio: vt diuinis vegetati ſacramentis: ad eorum promiſſa capiẽda tuo munere præparemur. Per dominum noſtrum.

Dominica tertia. Oratio.

OMnipotens ſempiterne deus infirmitatem noſtram ꝓpitius reſpice: atq; ad protegendum nos dexterã tuę maieſtatis extende. Per dominum noſtrum. Sacra.

Hæc hoſtia domine quæſumus emundet noſtra delicta: & ad ſacrificium celębrandum ſubditorum tibi corpora menteſq; ſanctificet. Per dominum. Poſtcommunio.

Quos tantis domine largiris vti myſterijs. quæſumus: & effectibus eorum veraciter aptare digneris. Per dominum.

Dominica quarta. Oratio.

DEus qui nos in tãtis periculis conſtitutos ꝓ humana ſcis fragilitate non poſſe ſubſiſtere: da nobis ſalutem mentis & corporis: vt ea quæ pro peccatis noſtris patimur: te adiuuante vincamus. Per dominum. Sacra.

Concede quæſumus omnipotens deus: vt huius ſacrificij munus oblatũ fragilitatem noſtram ab omni malo purget ſemper & muniat. Per dominum. Poſtcommunio.

Munera tua nos deus a delectationibus terrenis expediãt; & cęleſtibus ſemper inſtruant alimentis. Per dominum.

Dominica quinta. Oratio.

FAmiliam tuam quæſumus domine continua pietate cuſtodi: vt quæ in ſola ſpe gratiæ cęleſtis innititur: tua ſemper protectione muniatur. Per dominum. Sacra.
Hoſtias tibi domine placationis offerimus: vt & delicta noſtra miſeratus abſoluas: & nutantia corda tu dirigas. Per dñm. Poſtcõio.
Quæſumus omnipotens deus: vt illius ſalutaris capiamus effectum: cuius per hæc myſteria pignus accepimus. Per.

Dominica ſexta. Oratio.

COnſerua quæſumus domine populum tuum: & nomini tuo fac deuotum: & diuinis ſubiectus officijs & temporaliter viuat: & æterna dona percipiat. Per dominum. Sacra.
Hæc nobis oblatio quæſumus mundet & renouet: gubernet, & protegat. Per dominum noſtrum. &c. Poſtcommunio.
Cęleſtibus paſti delicijs quæſumus domine: vt eadẽ ſemper per quę veraciter viuimus, appetamus. Per dominum noſtrum.

Dominica in ſeptuageſima. Oratio.

PRęces populi tui quæſumus domine clęmẽter exaudi: vt qui iuſte pro peccatis noſtris affligimur, pro tui nominis gloria miſericorditer liberemur. Per dominum noſtrum. Sacra.
Muneribus noſtris quæſumus dñe præcibuſq; ſuſceptis, & cęleſtibus nos munda myſterijs: & clęmenter exaudi. Per. Poſtcõio.
Fideles tui deus per dona firmentur, vt eadem & percipiendo requirant, & quærendo ſine fine percipiant. Per dominum.

Dominica in. lx. Oratio.

DEus qui conſpicis: quia ex nulla noſtra actione confidimus: concede propicius: vt cõtra aduerſa omnia doctoris gentiũ protectione muniamur. Per dominum noſtrum. Sacra.
Oblatum tibi domine ſacrificium viuificet nos ſemper: & muniat. Per dominum noſtrum. &c. Poſt communio.
Supplices te rogamus omnipotens deus: vt quos tuis reficis ſacramentis: tibi etiam placidis moribus dignanter deſeruire concedas. Per dominum. Dominica in quinquageſima. Oratio.

PRęces noſtras quæſumus domine clęmenter exaudi, atque à peccatorum vinculis abſolutos: ab omni nos aduerſitate cuſtodi. Per dominum. Sacra.

Hæc hoſtia domine quæſumus emundet noſtra delicta: & ad ſacrificium celebrandum ſubditoꝝ tibi corpora menteſq; ſanctificet. Per dominum. Poſtcommunio.
Quæſumus omnipotens deus: vt qui cęleſtia alimenta percepimus: per hæc contra omnia aduerſa muniamur. Per.

Feria quarta in capite ieiunij. Oratio.

PRæſta dñe fidelib⁹ tuis: vt ieiunioꝝ venerāda ſolēnia & congrua pietate ſuſcipiāt: & ſecura deuotione pcurrant. p. Sacra.
Fac nos quæſumus domine his muneribus offerēdis conuenienter aptari: quibus ipſius venerabilis ſacramenti celebramus exordium. Per. Poſtcommunio.
Percepta nobis domine præbeant ſacramenta ſubſidium: vt & tibi grata ſint noſtra ieiunia: & nobis proficiant ad medelam. Per.

Super populum. Oratio.

INclinantes ſe domine maieſtati tuę propitius intende: vt qui diuino munere ſunt refecti: cęleſtibus ſemper nutriantur auxilijs. Per dominum.

Feria quinta. Oratio.

DEus qui culpa offenderis; pœnitentia placaris: preces populi tui ſupplicantis propitius reſpice: & flagella tuæ iracūdiæ quæ pro peccatis noſtris iuſte meremur auerte. Per. Sacra.
Sacrificijs præſentibus domine quæſumus placatus intende: vt & deuotioni noſtræ proficiant & ſaluti. Per. Poſtcommunio.
Cęleſtis doni benedictione percepta: ſupplices te deus omnipotens deprecamur: vt hoc idem nobis & ſacramenti cauſa ſit & ſalutis. Per dominum.

Super populum. Oratio.

Parce domine parce populo tuo: vt dignis flagellationibus caſtigatus, in tua miſeratione reſpiret. Per dominum.

Feria ſexta. Oratio.

INchoata ieiunia quæſumus domine benigno fauore proſequere: vt obſeruātiam quā corporaliter exhibemus: mentibus etiā ſynceris exercere valeamus. Per dominū. Sacra.
Sacrificium domine obſeruantiæ paſchalis offerimus: præſta quęſumus: vt & tibi mētes noſtras reddat acceptas: & cōtinentię prōptioris nobis tribuat facultatem. Per. Poſtcommunio.
Spiritum nobis domine charitatis infunde: vt quos vno cęleſti pa

ne ſatiaſti:tua facias pietate concordes.Per dn̄m.In vnitate eiuſdē.

Super populum. Oratio.

Tuere domine populum tuum:& ab omnibus peccatis clemēter emūda:quia nulla ei nocebit aduerſitas;ſi nulla dominetur iniquitas.Per dominum noſtrum.

Sabbato. Oratio.

ADeſto domine ſupplicationibus noſtris & concede:vt hoc ſolemne ieiunium quod animis corporibuſq; curandis ſalubriter inſtitutum eſt:deuoto ſeruitio celebremus.Per do. Sacra.

Præpara nos q̄ſumus domine huius abſtinētiæ feſtiuis officijs, vt hæc ſacrificia veneranda ſobrijs ſemper mentibus celebremus. Per dn̄m noſtrum. Poſt communio.

Cęleſtis vitæ munere vegetati:quęſumus domine:vt quod eſt nobis in præſenti vita myſterium:fiat æternitatis auxilium.Per.

Super populum. Oratio.

Fac nos quæſumus domine ſalutis noſtræ cauſas:& deuotis ſemper frequentare ſeruitijs:& deuotione recolere principaliter inchoatas.Per dominum noſtrum.

Dominica prima in quadrageſima. Oratio.

DEus qui eccleſiam tuā annua quadrageſimali obſeruatione purificas:præſta familiæ tuæ:vt quod a te obtinere abſtinēdo nititur:hoc bonis operibus exequatur.Per. Sacra.

Sacrificium quadrageſimalis initij ſolēniter immolamus:te domine deprecantes:vt cum epularum reſtrictione carnalium;a noxijs quoq; voluptatibus temperemur.Per dominū. Poſtcommunio.

Tui nos domine ſacramenti libatio ſancta reſtauret:& a vetuſtate purgatos/in myſterijs ſalutaris faciat tranſire conſortium.Per.

Feria.ij. Oratio.

COnuerte nos deus ſalutaris noſter:& vt nobis ieiunium quadrageſimale proficiat:mentes noſtras cęleſtibus inſtrue diſciplinis.Per dn̄m nr̄m. Sacra.

Munera tibi domine oblata ſanctifica:noſq; a peccatorū noſtro℞ maculis emunda.Per dn̄m noſtrum.&c. Poſtcommunio.

Salutaris tui domine munere ſatiati:ſupplices te rogamus:vt cuius lætamur guſtu:renouemur effectu.Per dn̄m.

Super populum. Oratio.

Abſolue quæſumus domine noſtrorum vincula peccatorum; & quicquid pro eis meremur propicius auerte. Per dominum.

Feria tertia. Oratio.

RESpice domine familiam tuam & præſta: vt apud te mẽs noſtra tuo deſiderio fulgeat; quæ ſe carnis maceratiõe caſtigat. Per dominum noſtrum. Sacra.

Oblatis quæſumus domine placare muneribus: & á cunctis nos defende periculis. Per dñm. Poſtcommunio.

Quæſumus omnipotẽs deus: vt illius ſalutaris capiamus effectũ: cuius per hæc myſteria pignus accepimus. Per dñm noſtrum.

Super populum. Oratio.

Aſcendant ad te preces noſtræ: & ab eccleſia tua cunctam repelle nequiciam. Per dominum. Feria quarta. Oratio.

PReces noſtras quæſumus domine clemẽter exaudi: & cõtra cuncta nobis aduerſantia dexteram tuæ maieſtatis extẽde. p.

Deuotionem populi tui quæſumus domine benignus intende; vt qui per abſtinentiam macerantur in corpore: per fructũ boni operis reficiantur in mente. Per dominum. Sacra.

Hoſtias tibi domine placacionis offerimus: vt & delicta noſtra miſeratus abſoluas: & nutãtia corda tu dirigas. Per. Poſtcommunio.

Tui domine perceptione sacramenti & a noſtris mundemur occultis: & ab hoſtium liberemur inſidijs. Per. Sup pplm. Oro.

Mentes noſtras quæſumus domine lumine tuæ claritatis illuſtra: vt videre poſſimus quæ agenda ſunt: & quæ recta ſunt agere valeamus. Per dominum. Feria quinta. Oratio.

DEuotionem populi tui quæſumus domine benignus intende: vt qui per abſtinentiã macerantur in corpore: per fructũ boni operis reficiant in mente. Per dominũ. Sacra.

Sacrificia dñe quæſumus ppicius iſta nos ſaluent: quę medicinalibus ſunt inſtituta ieiunijs. Per dominum. Poſtcommunio.

Tuorum nos domine largitate donorum: & temporalibus attolle præſidijs: & renoua ſempiternis. p. Super populum. Oratio.

Da quæſumus dñe populis chriſtianis: & quæ profitent agnoſcere: & cęleſte munus diligere; quod frequentant. Per dominum.

ESto dñe ꝓpicius plebi tuę: & quã tibi facis eſſe deuotã: benigno refoue miſeratus auxilio. Per dñm. Sacra.
Suſcipe quæſumus dñe munera noſtrę oblata ſeruitutis; & tua ꝓpicius dona ſanctifica. Per dñm nr̃m. Poſtcommunio.
Per huius dñe operationem myſterij & vitia noſtra purgentur: & iuſta deſideria compleantur. Per dominum.

Super populum. Oratio.
Exaudi nos miſericors deus: & mẽtibus noſtris gratię tuę lumẽ oſtende. Per dñm. Sabbato. Oratio.
POpulum tuum dñe quęſumus ꝓpicius reſpice: atq; ab eo flagella tuæ iracundiæ clęmenter auerte. Per dominum.
Deus qui nos in tantis periculis conſtitutos pro humana ſcis fragilitate nõ poſſe ſubſiſtere: da nobis ſalutem mentis & corporis: vt ea q̃ pro peccatis noſtris patimur: te adiuuãte vincamus. Per dominum noſtrum. &c. Oratio.
Protector noſter aſpice deus: vt q malorꝫ nr̃orꝫ pondere premimur: ꝑcepta miſericordia libera tibi mẽte famulemur. p. Oratio.
Adeſto queſumus dñe ſupplicationib⁹ nr̃is: vt eſſe mereamur te largiẽte: & inter ꝓſpera humiles: & inter aduerſa ſecuri. p. Orõ.
Preces populi tui quęſumus dñe clęmẽter exaudi: vt qui iuſte ꝓ peccatis noſtris affligimur: pro tui noĩs gloria miſericorditer liberemur. Per dñm noſtrum. Oratio.
Deus qui trib⁹ pueris mitigaſti flammas igniũ: cõcede propicius vt nos famulos tuos non exurat flamma vitiorũ. p. Sacra.
Pręſentibus ſacrificijs dñe ieiunia noſtra ſanctifica: vt quod obſeruanti nr̃a profitetur extrinſecus: interius opereť. p. Poſtcom.
Sanctificationibus tuis omnipotens deus & vita noſtra cureť: & remedia nobis æterna proueniant. Per dñm noſtrum. &c.

Super populum. Oratio
Familiam tuã queſumus dñe propicius illuſtra: vt beneplacitis moribus inhęrendo: cuncta quę bona ſunt mereať accipere. p.

Dominica ſecunda. Oratio.
DEus qui cõſpicis omni nos virtute deſtitui: interius exteriuſq; cuſtodi: vt & ab omĩbus aduerſitatib⁹ muniamur i corpore: & a prauis cogitationibus mundemur in mente. Sacra.

Sacrificiȷs præſentibus dñe quæſumus intende placatus: vt & de uotioni noſtræ proficiant & ſaluti. Per dominũ noſtrũ. Poſtcõ.
Supplices te rogamus omnipotẽs deus: vt quos tuis reficis ſacra mentis: tibi etiã placitis morib⁹ dignãter deſeruire cõcedas. per.

Feria ſecunda. Oratio.

PResta quæſumus omnipotẽs deus: vt familia tua quę ſe affli gendo carnẽ ab alimẽtis abſtinet: ſectando iuſticiã a culpa ie iunet. Per dominum noſtrum Ieſum chriſtum. Sacra.
Hæc hoſtia domine placationis & laudis tua nos ꝓpiciatione di gnos efficiat. Per dominum noſtrum. Poſtcommunio.
Hęc nos cõmunio domine purget à crimine: & cęleſtis remediȷ faciat eſſe conſortes. Per dominum noſtrum.

Super populum. Oratio.

Adeſto ſuplicationibus noſtris omnipotẽs deus: & quibus fidu ciam ſperãdæ pietatis indulges: conſuetę miſericordię tribue be nignus effectum. Per dominum noſtrum. &c.

Feria tertia. Oratio.

PErfice quęſumus domine benignus in nobis obſeruãtię ſan ctæ ſubſidium: vt quę te autore facienda cognouimus te ope rante impleamus. Per dominum noſtrum. &c. Sacra.
Sanctificationem tuam nobis dñe his myſteriȷs placat⁹ operare: quæ nos & à terrenis purget vitiȷs: & ad cęleſtia dona ꝑducat. Per dominum noſtrum Ieſum chriſtum. Poſtcommunio.
Vt ſacris dñe reddamur digni muneribus: fac nos quęſum⁹ tuis ſemper obedire mandatis. Per dominum noſtrum. &c.

Super populum. Oratio.

Propiciare domine ſupplicationib⁹ noſtris: & animarum noſtra rum medere langoribus: vt remiſſione percepta: in tua ſemꝑ be nedictione lætemur. Per dominum noſtrum Ieſum chriſtum.

Feria quarta. Oratio.

POpulũ tuũ domine propicius reſpice: & quos ab eſcis carna libus ꝓcipis abſtinere: à noxiȷs quoq; vitiȷs ceſſare concede. Per dominum noſtrum Ieſum chriſtum. &c. Sacra.
Hoſtias domine quas tibi offerimus propicius reſpice: & ꝑ hæc ſancta commercia vincula peccatoꝶ noſtroꝶ abſolue. Per dñm noſtrum Ieſum chriſtum. &c. Poſtcommunio.

Sumptis domine ſacramentis ad redẽptionis æternę queſumus proficiamus augmentum. Per dominum noſtrum. &c.

Super populum. Oratio.

Deus innocẽtiæ reſtitutor & amator: dirige ad te tuorum corda ſeruorum: vt ſpiritus tui feruore concepto: & in fide inueniãtur ſtabiles: & in opere efficaces. Per dominum. In vnitate.

Feria quinta. Oratio.

PRæſta nobis dñe quæſumus auxiliũ gratiæ tuę: vt ieiunijs et orõnibus conuenienter intenti: liberemur ab hoſtibus mentis & corporis. Per dominum. Sacra.

Pręſenti ſacrificio nomini tuo nos domine ieiunia dicata ſanctificent: vt quod obſeruãtia noſtra ꝓfitetur exterius: interius operẽt effectus. Per dominum noſtrum. Poſtcommunio.

Gratia tua nos quęſumus domine non derelinquat: quę & ſacrę nos deditos faciat ſeruituti: & tuã nobis opẽ ſemꝑ acquirat. per.

Super populum. Oratio.

Adeſto domine famulis tuis: & perpetuam benignitatẽ largire poſcẽtibus: vt his qui te autore & gubernatore gloriãtur: & cõgregata reſtaures: & reſtaurata conſerues. Per dñm noſtrum.

Feria ſexta. Oratio.

DA quęſumus omnipotens deus: vt ſacro nos purificãte ieiunio: ſynceris mentibus ad ſancta vẽtura facias peruenire.

Hæc in nobis ſacrificia deus & actione ꝑmaneant. (Per. Sacra.
& operatione firmemur. Per dominum nrm. Poſt communio.

Fac nos quęſumus domine accepto pignore ſalutis æternę ſic tẽdere congruenter: vt ad eam peruenire poſſimus. Per dñm.

Super populum Oratio.

Da quæſumus domine populo tuo ſalutem mentis & corporis: vt bonis operibus inhærendo: tuæ ſemper virtutis mereatur protectione defendi. Per dominum noſtrum Ieſum chriſtum filium tuum. &c.

Sabbato. Oratio.

DA quęſumus domine noſtris effectum ieiunijs ſalutarẽ: vt caſtigatio carnis aſſumpta ad nrarum vegetationẽ trãſeat animarum. Per dominum noſtrum. &c. Poſtcom.

Sacramenti tui dñe diuina libatio penetralia nri cordis infundat:

& ſui participes potenter efficiat. Per dominum noſtrum.

Super populum. Oratio.

Familiam tuam quæſumus dñe continua pietate cuſtodi: vt quę in ſola ſpe gratiæ cęleſtis innitũ: cęleſti etiã protectiõe muniat. p.

Dominica tertia. Oratio.

QVæſumus omnipotẽs deus vota humiliũ reſpice: atq; ad defenſionem noſtram dexterã tuę maieſtatis extẽde. Per dominũ noſtrũ Ieſum chriſtum filiũ tuum. &c. Sacra.

Hæc hoſtia domine quæſumus mũdet noſtra delicta: & ad ſacrificium celebrandũ / ſubditorũ tibi corpora menteſq; ſanctificet: Per dominũ noſtrum. Poſtcommunio.

A cunctis nos domine reatibus & periculis propicius abſolue: quos tãti myſterij tribuis eſſe participes. p. Feria. ij. Orõ.

COrdibus noſtris quęſumus domine gratiã tuam benignus infunde: vt ſicut ab eſcis corporalib⁹ abſtinemus: ita ſenſus quoq; noſtros a noxijs retrahamus exceſſibus. Per dñm. Sacra.

Munus quod tibi domine noſtrę ſeruitutis offerimus; tu ſalutare nobis perfice ſacramentum. Per dominum. Poſtcommunio.

Præſta quæſumus omĩpotens & miſericors deus: vt q̃ ore contigimus: pura mente capiamus. Per dominum noſtrum.

Super populum. Oratio.

Subueniat nobis dñe miſericordia tua: vt ab imminentib⁹ peccatorum noſtrorũ periculis: te mereamur protegẽte eripi: te liberãte ſaluari. p. Feria tertia. Oratio.

EXaudi nos omĩpotẽs & miſericors deus: & continẽtię ſalutaris ꝓpicius nobis dona cõcede. Per dominũ. Sacra.

Per hæc veniat quæſumus domine ſacramenta noſtræ redemptionis effectus: qui nos & ab humanis retrahat exceſſibus: & ad ſalutaria cuncta perducat. Per dominũ. Poſtcommunio.

Sacris dñe myſterijs expiati: & veniam cõſequamur & grãm. p.

Super populum. Oratio.

Tua nos dñe protectiõe defende: & ab omni nos ſemper iniquitate cuſtodi. Feria quarta. Oratio.

PRæſta nobis domine quæſumus: vt ſalutarib⁹ ieiunijs eruditi a noxijs quoq; vitijs abſtinentes: propitiationem tuam facilius impetremus. Per dominum noſtrum. Sacra.

Suſcipe quæſumus domine preces populi tui cũ oblationibus hoſtiarum, & tua myſteria celebrantes/ab omnibus nos defende periculis. Per dominum. Poſtcõmunio.

Sanctificet nos domine qua paſti ſumus menſa cęleſtis, & a cunctis erroribus expiatos, ſupernis promiſſionibus reddat acceptos. Per dominum. Super populum. Oratio.

Concede quæſumus omnipotens deus, vt qui protectionis tuæ gratiam quærimus, liberati a malis omnibus/ſecura tibi mente ſeruiamus. Per dominum noſtrum. Feria quinta. Oratio.

CONcede quæſumus omnipotens deus: vt ieiuniorum nobis ſancta deuotio & purificationẽ tribuat: & maieſtati tuæ nos reddat acceptos. Per dominum. Sacra.

Efficiatur hæc hoſtia quęſumus domine ſolemnibus grata ieiunijs; vt & tibi fiat acceptior; purificatis mentibus immoletẽ. Per. Poſtcõ.

Sacramenti tui domine veneranda perceptio, & myſtico nos mundet effectu: & perpetua virtute defendat. Per dominum.

Super populum. Oratio.

Subiectum tibi populum quæſumus domine propiciatio cęleſtis amplificet: & tuis faciat ſemper ſeruire mãdatis. Per dominum.

Feria ſexta. Oratio.

IEiunia noſtra quæſumus domine benigno fauore ꝓſequere: vt ſicut ab alimentis abſtinemus in corpore: ita & a vitijs ieiunem⁹ in mente. Per dominum. Sacra.

Reſpice domine propicius ad munera quę ſacramus: vt & tibi grata ſint: & nobis ſalutaria ſemp exiſtant. Per. Poſtcommunio.

Huius nos domine perceptio ſacramenti mundet a crimine: & ad cęleſtia regna perducat. Per. Super populum. Oratio.

Præſta quæſumus omnipotens deus, vt qui in tua ꝓtectione confidimus, cuncta nobis aduerſantia te adiuuante vincamus. Per dominum noſtrum. Sabbato. Oratio.

PRæſta quæſumus omnipotens deus: vt qui ſe affligendo carnem ab alimentis abſtinent, ſectãdo iuſticiam a culpa ieiunẽt. Per dominum. Sacra.

Concede quæſumus omnipotens deus, vt huius ſacrificij munus oblatum fragilitatem noſtram ab omni malo purget ſemꝑ & muniat. Per dominum noſtrum. Poſtcommunio.

Quæſumus omnipotẽs deus:vt inter eius membra numeremur cuius corpus cõmunicamus & ſanguinem. per.

Super populum. Oratio.

Prætende domine fidelibus tuis dexteram cæleſtis auxilij:vt te toto corde perquirant:& quæ digne poſtulant conſequi mereantur. per dominum. Dominica quarta. Oratio.

COncede quæſumus omnipotens deus,vt qui ex merito noſtrę actionis affligimur:tuę gratię conſolatione reſpiremus. per dominum noſtrum. Sacra.

Sacrificijs præſentibus domine quæſumus placatus intende:vt & deuotioni noſtræ proficiant & ſaluti.per. Poſt communio.

Da nobis miſericors deus:vt ſancta tua quibus inceſſanter explemur:& ſynceris tractemus obſequijs,& fideli ſemp mente ſumamus. per. Feria ſecunda. Oratio.

PRęſta quæſumus omnipotẽs deus:vt obſeruatiões ſacras annua deuotione recolentes:& corpore tibi placeamus & mente,per dominum. Sacra.

Oblatum tibi domine ſacrificium viuificet nos ſemper & muniat. Per dominum. Poſt cõmunio.

Sumptis domine ſalutaribus ſacramentis:ad redemptionis æternæ quæſumus proficiamus augmentum.p. Sup populũ oro.

Deprecationem noſtram quæſumus domine benignus exaudi:& quibus ſupplicandi præſtas affectum:tribue defenſiõis auxiliũ Per dominum. Feria tertia. Oratio.

SAcræ nobis dñe quæſumus obſeruationis ieiunia;& piæ conuerſationis augmentũ:& tuæ ꝓpiciationis continuũ præſtent auxilium.per dominum. Sacra.

Hæc hoſtia dñe quæſumus emundet nr̃a delicta:& ad ſacrificiũ celebrãdũ:ſubditorũ tibi corpa mẽteſq; ſanctificet.p. Poſt cõ.

Huius nos dñe perceptio ſacramẽti mũdet à crimine:& ad cæleſtia regna perducat.per. Super populum oratio.

Miſerere domine populo tuo:& continuis tribulationibus laborantem ꝓpicius reſpirare concede.p. Feria quarta oratio.

DEus qui iuſtis prẽmia meritorũ:& peccatoribus ꝑ ieiunium veniã præbes:miſerere ſupplicibus tuis:vt reatus noſtri cõfeſſio indulgentiã valeat percipere delictorum p. Oratio

Præſta quæſumus omnipotẽs deus:vt quos ieiunia votiua caſti-
gant;ipſa deuotio quoq; ſancta lætificet;& terrenis affectibus mi
tigatis;facilius cæleſtia capiamus. Per dñm. Sacra.
Supplices te dñe rogamus:vt his ſacrificijs peccata nr̃a mũdent;
quia tũc verã nobis tribues mẽtis & corpis ſanitatẽ.p. Poſt cõio.
Sacramenta quæ ſumpſim⁹ dñe deus nr̃:& ſpũalibus nos repleãt
alimẽtis.& corpalibus tueantur auxilijs.p. Sup pplm̃.oõ:
Pateãt aures miſericordię tuę dñe p̃cibus ſupplicantiũ:& vt petẽ
tibus deſiderata cõcedas:fac eos quæ tibi ſunt placita poſtulare.
Per dominum. Feria quinta. Oratio.

PRæſta quęſumus omp̃s deus:vt quos ieiunia votiua caſtigãt:
ipſa quoq; deuotio ſancta lætificet:vt terrenis affectibus mi-
tigatis:facilius cæleſtia capiamus.p. Sacra.
Purifica nos miſericors deus:vt eccleſię tuæ p̃ces:quæ tibi gratæ
ſunt:pia munera deferentes:fiant expiatis mentibus gratiores. p
dominum noſtrum. Poſt cõmunio.
Cæleſtia dona capientes quæſumus domine:nõ ad iudiciũ perue
nire patiaris:quę fidelibus tuis ad remediũ prouidiſti.per.

Super populum.oratio.

Populi tui deus inſtitutor & rector:peccata quibus impugnatur
expelle:vt ſemper tibi placitus:& tuo munimine ſit ſecurus.per.

Feria ſexta. oratio.

DEus qui ineffabilibus mundũ renouas ſacramentis:præſta
quęſum⁹:vt eccleſia tua & æternis proficiat inſtitutis:& tẽ
poralibus non deſtituatur auxilijs.per dominum. Sacra.
Munera nos dñe q̃ms oblata purificẽt;& nobis iugiter faciant te
eſſe placatum.per dominum. Poſt communio.
Hæc nos quęſumus dñe participatio ſacramenti;& à proprijs vitia
tibus indeſinenter expediat;& ab omnibus tueatur aduerſis. per.

Super populum. oratio.

Da quæſumus omnipotens deus:vt qui infirmitatis nrę cõſcij de
tua virtute confidimus;ſub tua ſemper pietate gaudeamus. Per
dominum nr̃m.

Sabbato. oratio.

FIat quęſumus domine per grãm tuam fructuoſus nr̃æ deuo
tionis affectus;quia tũc nobis prodeũt ſuſcepta ieiunia;ſi tuæ

ſint placita pietati. Per dominum noſtrum. Sacra.
Oblationibus quęſumus domine placare ſuſceptis, & ad te noſtras etiam rebelles cõpelle propicius voluntates. Per. Poſtcommunio.
Tua nos domine quęſumus ſancta purificent, & operatione ſua tibi faciant eſſe deuotos. Per dñm. Super populum. Oratio.
Deus qui ſperantibus in te miſereri potius elegis: ꝙ iraſci: da nobis digne flere mala quæ facimus, vt tuę conſolationis gratiam inuenire valeamus. Per dñm. Dñica in paſſione. Oratio.
QVæſumus omnipotens deus, familiam tuã propicius reſpice; vt te largiente regatur in corpore. & te ſeruante cuſtodiatur in mente. Per dominum. Sacra.
Hęc munera quæſumus domine & vincula noſtrę prauitatis abſoluant. & tuæ nobis miſericordiæ dona cõcilient. Per. Poſtcõmunio.
Adeſto nobis domine deus noſter, & quos tuis myſterijs recreaſti perpetuis defende præſidijs. Per dominum.
Feria ſecunda. Oratio.
SAnctifica quæſumus domine noſtra ieiunia: & cunctarum nobis propicius indulgentiã largire culparum: Per. Sacra.
Concede nobis quæſumus domine deus noſter: vt hæc hoſtia ſalutaris & noſtroꝝ fiat purgatio delictorum: & tuæ ꝓpiciatio maieſtatis. Per dominum. Poſtcommunio.
Sacramenti tui quæſumus dñe participatio ſalutaris, & purificationem nobis præbeat & medelam. Per dominum.
Super populum. Oratio.
Da quęſumus domine populo tuo ſalutem mẽtis & corporis, vt bonis operibus inhærendo: tua ſemper mereatur protectione defendi. Per dominum. Feria tertia. Oratio.
NOſtra tibi quæſumus dñe ſint accepta ieiunia: qui nos & expiando gratia tua dignos efficiant: & ad remedia perducant æterna. Per dominum. Sacra.
Hoſtias tibi domine deferimus immolandas: quæ temporali conſolatione nos ſic lætificent: vt promiſſa certius ſperemus æterna. Per dominum. Poſtcommunio.
Da nobis quæſumus domine perſeuerantem in tua voluntate famulatũ: vt in diebus noſtris & merito & numero populus tibi ſeruiens augeatur. Per dominum.

Feria quarta. Oratio.

SAnctificato hoc ieiunio deus tuorũ corda fideliũ miſerator illuſtra: & quibus deuotionis præſtas affectũ: prębe ſupplicantibus pium benignus auxilium. Per dominum. Sacra.

Annue nobis miſericors deus, vt hoſtias placationis & laudis ſyncero tibi deferamus obſequio. Per dominum. Poſtcommunio.

Cęleſtis doni benedictione percepta ſupplices te deus omnipotens deprecamur: vt hoc idem nobis & ſacramẽti cauſa ſit & ſalutis. Per dominum. Super populum. Oratio.

Adeſto ſupplicationibus noſtris omnipotẽs deus: & quib⁹ fiduciã ſperandę pietatis indulges: cõſuetæ miſericordiæ tribue benignus effectum. Per dominum noſtrum.

Feria quinta. Oratio.

PRæſta quæſumus omnipotens deus, vt dignitas cõditionis humanæ per immoderantiã ſauciata; medicinalis parſimonię ſtudio reformetur. per dominum. Sacra.

Domine deus noſter, qui in his potius creaturis quas ad fragilitatis noſtrę ſubſidium condidiſti, tuo quoq; nomini munera iuſſiſti, dicãdo conſtitui, tribue quęſumus: vt & vitæ nobis prędentis auxilium; & æternitatis efficiant ſacramentum. per dñm. Poſt cõmunio.

Quod ore ſumpſimus domine, pura mente capiamus. & de munere temporali fiat nobis remedium ſempiternum. Per dominum.

Super populum; Oratio.

Eſto quæſumus domine propicius plæbi tuæ; vt quæ tibi non placent reſpuens: tuorum potius repleatur delectationibus mandatorum. Per dominum nrm. Feria ſexta. Oratio.

COrdibus noſtris quæſumus domine auxilium gratiæ benignus infunde, vt peccata noſtra caſtigatione voluntaria cohibẽtes: corporaliter potius maceremur; quã ſupplicijs deputemur æternis. Per dominum. Sacra.

Præſta nobis miſericors deus, vt digne tuis ſemper ſeruire altarib⁹ mereamur, & eorum ꝑpetua participatione ſaluari. p. Poſtcom.

Sumpti ſacrificij dñe perpetua nos tuitio nõ derelinquat, & noxia ſemper a nobis cuncta depellat. p. Sup populum. Oratio.

Concede quæſumus omnipotens deus, vt qui ꝓtectionis tuæ gratiã quęrimus, liberati a malis omnibus ſecura tibi mẽte ſeruiam⁹. p.

PRoficiat quæſumus domine plebs tibi dicata piæ deuotiōis affectu:vt ſacris actionib9 erudita:quāto maieſtati tuæ ſit gratior:tanto donis potioribus augeatur.per. Sacra.

A cunctis nos domine quæſumus reatibus & periculis propicia tus abſolue:quos tanti myſterij tribuis eſſe participes.per dominum noſtrum. Poſt communio.

Diuini ſaciati muneris largitate qm̄s dn̄e deus noſter: vt huius ſemper participatione viuam9.p dn̄m. Super ppl'm.oratio.

Tueatur quæſumus domine dextera tua populum tuum deprecantem:& purificatum dignanter erudiat;vt conſolatione preſenti ad futura bona proficiat.per dominum.

Dominica in ramis palmarum.oratio.

OMnipotens ſempiterne deus:qui humano generi ad imitādum humilitatis exemplū ſaluatorem noſtrum carnem ſumere & crucem ſubire feciſti:concede propicius:vt & patientiæ ipſius habere documenta;& reſurrectionis conſortia mereamur. Per eundem dominum. Sacra.

Cōcede quæſumus domine;vt oculis tuæ maieſtatis mun9 oblatum:& gratiā nobis deuotionis obtineat;& effectum beatæ pennitatis acquirat.per dominum. Poſt communio.

Per huius operationē myſterij:& vitia noſtra purgentur:& iuſta deſyderia compleantur.per dominum. Poſt commu.

Feria ſecunda.oratio.

DA quæſumus omp̄s deus:vt qui tot aduerſis ex noſtra infirmitate deficimus:intercedente vnigeniti filij tui paſſione reſpiremus.per dominum Sacra.

Hæc ſacrificia omp̄s deus potenti virtute emundatos:ad ſui faciant puriores venire principium.per. Poſt cōmunio.

Præbeant nobis dn̄e diuinum tua ſancta feruorem:quo eorum pariter & actu delectemur & fructu.per dn̄m. Sup ppl'm oratio.

Adiuua nos deus ſalutaris noſter:& ad beneficia recolēda quibus nos inſtaurare dignatus es:tribue venire gaudentes.per.

Feria tertia. oratio.

OMp̄s ſempiterne deus:da nobis dn̄icæ paſſiōis ſacramēta peragere;vt indulgentiā percipere mereamur.p. Sacra.

Sacrificia nos qm̄s domine propenſius iſta reſtaurent:q̄ medicinalibus ſunt inſtituta ieiunijs.per. Poſt cõmunio.

Sanctificationibus tuis omnipotens deus: & vitia noſtra curentur;& remedia nobis ſempiterna perueniant.per.

Super populum.oratio.

Tua nos miſericordia deus:et ab omni ſurreptiõe vetuſtatis expurget:et capaces ſanctæ nouitatis efficiat. Per dominum.

Feria quarta.oratio.

PRæſta queſumus omnipotens deus:vt qui noſtris exceſſib⁹ inceſſanter affligimur:per vnigeniti tui paſſionē liberemur. Qui tecum viuit & regnat. Oratio.

Deus qui pro nobis filiū tuum crucis patibulum ſubire voluiſti: vt inimici á nobis expelleres poteſtatē : concede nobis famulis tuis vt reſurrectionis gratiam conſequamur.per.

Purifica nos miſericors de⁹;vt eccleſiæ tuæ p̄ces:q̄ tibi gratę ſunt pia munera deferētes:fiant expiatis mentibus gratiores.per dominum noſtrum. Poſt communionē.

Largire ſenſibus noſtris op̄s deus:vt per tēporalē filij tui mortē; quā myſteria venerāda teſtant̄:vitā nobis rediđiſſe cõfidam⁹.p.

Super populum.oratio.

Reſpice q̄s domine:ſuper hanc familiā tuā : pro qua dn̄s noſter Ieſus xp̄s non dubitauit manibus tradi nocētiū:et crucis ſubire tormentum.Qui tecum viuit.

Feria quinta in cœna domini.Benedictio ignis.oratio.

DEus qui filiū tuū : angularē ſcilicet lapidē:charitatis ignē fidelib⁹ tuis cõtuliſti productū ex ſilice: noſtris profuturum vſibus : nouū hunc ignē ſanctifica:et concede nobis:ita per hæc feſta paſchalia cæleſtib⁹ deſiderijs inflammari:vt ad perpetuę claritatis puris mentib⁹ valeam⁹ feſta pertingere.per.

Benedictio incenſi.oratio.

QVæſumus omp̄s de⁹ Abraam:de⁹ Iſaac:de⁹ Iacob:immitte in hanc creaturam incenſi/viui odoris tui efficaciā: vt ſit ſeruulis tuis vel ancillis munimentū/tutelaq; defenſiõis/ne intret hoſtis in viſcera eorū:neq; aditū poſſit habere vel ſedē.per dominum noſtrum. Oratio.

Deus á quo et Iudas reat⁹ ſui pœnā:& cõfeſſiõis ſuę latro p̄miū

ſumpſit concede nobis tuæ propiciationis effectum: vt ſicut in paſſione ſua Ieſus chriſtus dominus noſter diuerſa vtriſq; intulit ſtipēdia meritorum ita nobis ablato vetuſtatis errore, reſurrectionis ſuę gratiam largiatur. Qui tecum. Sacra.
Ipſe tibi domine ſancte pater omnipotēs deus ſacrificiū noſtrum reddat acceptū: qui diſcipulis ſuis in ſui cōmemorarionem hoc fieri hodierna traditione mōſtrauit Ieſus xp̄s dn̄s noſter. qui. Poſtcō.
Refecti vitalibus alimentis quęſumus dn̄e deus noſter: vt quod tēpore noſtræ mortalitatis exequimur: immortalitatis tuæ munere conſequamur. Per dn̄m noſtrum Feria ſexta. Oratio.

ORemus dilectiſſimi nobis imprimis pro eccleſia ſancta dei; vt eam deus & dn̄s noſter pacificare, adunare & cuſtodire dignet: toto orbe terrarū ſubijciēs ei principatus & poteſtates; detq; nobis tranquillam & quietam vitam, degentibus glorificare deū & patrem omnipotentem. Oratio.
Omnipotens ſempiterne deus, qui gloriam tuam omnibus in chriſto gētibus reuelaſti; cuſtodi opera miſericordiæ tuæ, vt eccleſia tua toto orbe diffuſa, ſtabili fidei confeſſione tui nominis p̄ſeueret. Per eundem. Oratio.
Oremus & pro beatiſſimo papa noſtro. N. vt deus & dominus noſter qui elegit eū in ordinem epiſcopatus, ſaluum atq; incolumen cuſtodiat eccleſiæ ſuæ ſanctæ ad regendum populum ſanctū dei.
Omnipotens ſempiterne deus cuius iudicio vniuerſa Oratio. fundant, reſpice p̄picius ad preces noſtras, & electum nobis Antiſtitem tua pietate cōſerua; vt chriſtiana plębs quę te gubernat autore, ſub tanto pontifice credulitatis ſuę meritis augeat. p. Oratio.
Oremus & pro omnibus epiſcopis, & preſbyteris, diaconibus, & ſubdiaconibus, acolitis, exorciſtis, lectoribus, oſtiarijs, & confeſſoribus, virginibus, viduis, & p̄ omni populo ſancto dei. Oratio.
Omnipotens ſempiterne deus: cuius ſpiritu totum corpus eccleſiæ ſanctificatur & regitur: exaudi nos pro vniuerſis ordinibus ſupplicantes: vt gratiæ tuę munere ab omnibus tibi gradibus fideliter ſeruiatur. Per dominum. Oratio.
Oremus & pro chriſtianiſſimo rege noſtro N. vt deus & dn̄s noſter ſubditas illi faciat omnes barbaras nationes ad noſtram perpetuam pacem. Per dominum. Oratio.

Omnipotens ſempiterne deus, in cuius manu ſunt omnium poteſtates, & omniũ iura regnorum; reſpice ad chriſtianum benignus imperium; vt gentes quæ in ſua feritate confidũt. potentię tuę dextera comprimantur. Per dominum. Oratio.

Oremus & pro cathecuminis noſtris, vt deus & dñs nr̃ adaperiat aures præcordiorum ipſorum: ianuamq; miſericordię: vt per lauachrum regeneratiõis accepta remiſſione omniũ peccatorꝝ: & ipſi inueniantur in chriſto Ieſu domino noſtro. Oratio.

Omnipotẽs ſempiterne deus qui eccleſiam tuã noua ſemper prole fœcũdas: auge fidem & intellectum cathecuminis noſtris, vt renati fonte baptiſmatis adoptionis tuę filijs aggregentur. Per dominum noſtrum. Oratio.

Oremus dilectiſſimi nobis deum patrem omnipotentem, vt cunctis mundũ purget erroribus: morbos auferat: famẽ depellat: aperiat carceres, vincula diſſoluat, peregrinantibus reditum: infirmãtibus ſanitatem, nauigantibus portum ſalutis indulgeat. p. Oratio.

Omnipotens ſempiterne deus: mœſtorum conſolatio: laborantiũ fortitudo, perueniant ad te preces de quacunq; tribulatiõe clamãtium: vt omnes ſibi in neceſſitatibus ſuis miſericordiã tuã gaudeãt affuiſſe. Per dominum. Oratio.

Orem⁹ & pro hęreticis & ſchiſmaticis: vt deus ac dominus noſter eruat eos ab erroribus vniuerſis: & ad ſanctam matrem eccleſiam catholicam atq; apoſtolicam reuocare dignetur. Oratio.

omnipotens ſempiterne deus: qui ſaluas omnes: & neminẽ vis perire reſpice ad animas diabolica fraude deceptas: vt omni hęretica prauitate depoſita: errãtium corda reſipiſcant: & ad veritatis tuę redeant vnitatem. Per dominum. Oratio.

Oremus & pro perfidis iudæis/ vt deus & dominus noſter auferat velamen de cordibus eorum/ vt & ipſi agnoſcant Ieſum chriſtum dominum noſtrum. Oratio.

Omnipotẽs ſempiterne deus: qui etiam iudaicam perfidiam a tua miſericordia non repellis: exaudi preces noſtras: quas pro illius populi obcęcatiõe deferimus: vt agnita veritatis tuę luce quę chriſtus eſt, a ſuis tenebris eruatur. Per dominum. Oratio.

Oremus & pro paganis, vt deus omnipotens auferat iniquitatem a cordibus eorꝝ; & relictis idolis ſuis conuertantur ad deum viuũ:

& verum:& vnicum filium eius Ieſum chriſtum deum & domi
num noſtrum:cum quo viuit & regnat cum ſpiritu ſancto de⁹.
Per omnia ſæcula ſæculorum. Oratio.
Omnipotens ſempiterne deus qui non mortẽ peccatorum:ſed vitam ſemper inquiris:ſuſcipe propitius orationẽ noſtram, & libera eos ab idolorũ cultura:& aggrega eccleſiæ tuæ ſanctæ ad laudem & gloriam nominis tui.per dñm noſtrum.

## Ad adorandam crucem. oratio.

TVam crucem adoro domine Ieſu xp̃e:tuam venerandam recolo paſſionem/miſerere mei qui paſſus es ꝑ me.
O crux glorioſa;o crux veneranda;o crux adoranda:o lignum p̃cioſum & admirabile ſignũ:per quod & diabolus eſt victus, & mũdus redẽptus. Adoro te;benedico te;cõfido in te;diligo te tota mẽte ꝑ amore dñi mei Ieſu xp̃i,qui in te paſſus eſt pro me.
O mea ſaluatio;ſalua me;o mea ereptio eripe me,o liberatio libera me;per tuã ſanctã crucẽ ſalua me xp̃e ſaluator:qui mortem meã moriendo deſtruxiſti:& vitã reſurgendo reparaſti:miſerere mei Ieſu benigne qui naſci/pati/mori/atq; reſurgere dignat⁹ es pro me. Qui viuis. Oratio.
DOmine Ieſu xp̃e adoro te in crucẽ aſcendentẽ:& coronam ſpineã in capite portantẽ:dep̃cor te vt ipſa crux liberet me ab anguſtia vel de angelo percutiente. Oratio.
Dñe Ieſu xp̃e adoro te in cruce vulneratũ:felle & aceto potatũ: dep̃cor te:vt tua vulnera ſint remediũ animę meæ. Oratio.
Dñe Ieſu xp̃e adoro te in ſepulchro poſitũ:myrrha & aromatibus conditũ;dep̃cor te vt tua mors ſit vita mea. Oratio.
Dñe Ieſu xp̃e:adoro te deſcendentẽ ad inferos:liberantẽ captiuos;dep̃cor te:vt nõ me dimittas introire in infernũ. Oratio.
Dñe Ieſu xp̃e adoro te aſcendentẽ in cælũ:ſedentẽq; ad dexteram dei patris:deprecor te miſerere mei. Oratio.
Dñe Ieſu xp̃e adoro te venturũ in iudicio:deprecor te/vt in tuo aduẽtu non intres cũ me peccatore in iudiciũ;ſed deprecor te: vt ante dimittas/q̃ iudices. Qui vi. Oratio.
Crux eſt xp̃ianorum ſpes:crux mortuorũ reſurrectio:crux cæcorũ lux;crux cõuerſorũ via;crux claudorũ via & baculus;crux

pauperum cõſolatio, crux via fideliũ, crux humiliũ inuitatio; crux eſt ſuperborũ directio; crux victoria xp̃i, crux ſancta: qui pepẽdit in te; ſaluet nos & defendat, & protegat. Amen.

## Sabbato in vigilia reſurrectionis domini.

### Benedictio ignis. oratio.

DEus qui Moyſi famulo tuo in ſpecie ignis rubo ardẽte apparuiſti, quiq; etiam ſpm̃ ſanctũ tuũ per Ieſum xp̃m filium tuũ dñm nr̃m de cælis promiſſum ſuper apoſtolos igneis linguis deſcendere feciſti; nobis quoq; famulis tuis charitatis ignem tribuere dignare; & hunc nouũ ignem de lapide productũ nr̃is vſibus profuturum ſanctifica: & concede nobis: ita per hęc feſta paſchalia cæleſtibus deſyderijs inflammari: vt ad perpetua feſta purgatis mentibus pertingere valeamus. Per eundem dominũ noſtrum. &c.

### Benedictio incenſi.

VEniat quæſumus domine deus ſup hoc incẽſum larga tuę benedictiõis infuſio: & hunc nocturnum ſplendorem inuiſibilis regenerator accende: vt nõ ſolum ſacrificium quod in hac nocte litatum eſt: arcana tui luminis admixtione refulgeat; ſed quocunq; loco ex huius aliquid ſanctificationis fuerit myſterio deportatũ: expulſa diabolicæ fraudis nequicia: virtus tuæ maieſtatis aſſiſtat. per dominum noſtrum.

### Benedictio Cerei. oratio.

DEus qui diuitias miſericordię tuę in hac pręcipue nocte largiris: ꝓpiciare vniuerſo ordini ſaceadotalis officij: & omnes gradus famulatus nr̃i ꝑfecta delictorũ remiſſiõe ſanctifica: vt miniſtraturos gr̃ę tuę nulli eſſe obnoxios patiaris offenſę. Oratio.

Deus qui mirabiliter creaſti hominẽ: & mirabilius redemiſti: da nobis qm̃s cõtra oblectamẽta peccati mentis ratione perſiſtere: vt mereamur ad gaudia æterna peruenire. per. oratio.

Deus cuius antiqua miracula in p̃ſenti quoq; ſęculo corruſcare ſentimus: præſta quæſumus: vt ſicut priorem populum ab ęgyptijs liberaſti; hoc ad ſalutem gentiũ per aquas baptiſmatis opereris. Per. Oratio.

Deus qui nos ad celebrãdũ paſchale ſacramẽtũ vtriuſq; teſtamẽti paginis & iſtruis; da nobis intelligere miam tuã; vt perceptione

præſentium munerum: firma ſit expectatio futurorum. Per domi num noſtrum. Oratio.

Deus qui eccleſiam tuam noua ſemper gentium vocatione multi plicas. concede propitius: vt quos aqua baptiſmatis abluis: cõtinua protectione tuearis. Per. Oratio.

Concede quęſumus omnipotens deus: vt qui feſta paſchalia agi mus: cęleſtibus deſiderijs accenſi: fontem vitę ſitiamus dominum noſtrum Ieſum chriſtum. Qui viuis ratio.

Deus qui hanc ſacratiſſimã noctem gloria dominicę reſurrectio nis illuſtras: cõſerua in noua familię tuę progenie adoptionis ſpiri tum; quem dediſti, vt corpore & mente renouati puram tibi exhi beant ſeruitutem. Per dñm. In vnitate. Sacra.

Suſcipe quęſumus domine preces populi tui cum oblationib⁹ ho ſtiarũ: vt paſchalibus initiata myſterijs: ad æternitatis nobis medelã te operante proficiant. Per dominum. Poſtcommunio.

Spiritum nobis domine tuę charitatis infunde: vt quos ſacramen tis paſchalibus ſatiaſti: tua facias pietate concordes. p dñm noſtrum. In vnitate eiuſdem. Oratio.

Aufer a nobis domine cũctas iniquitates noſtras, vt ad ſancta ſan ctorum puris mereamur mentibus introire. Per. Oratio.

Suſcipe ſancta trinitas hanc oblationem: quam tibi offero in memo riam paſſionis domini noſtri Ieſu chriſti; & preſta, vt in conſpectu tuo tibi placẽs aſcendat: & meam & omnium fidelium ſalutẽ ope retur æternam. Per dominum noſtrum.

Benedictio fontis. Oratio.

Exaudi nos omnipotens deus, & in huius aquę ſubſtantiã: tuã im miſce virtutem: vt abluendi per eam ſanitatem ſimul & vitam me reantur ęternam. Per dominum. Alia oratio.

Omnipotẽs ſempiterne deus: adeſto magnę pietatis tuę myſterijs: adeſto ſacramentis: & ad recreãdos populos nouos: quos tibi fons baptiſmatis parturit: ſpiritum adoptiõis emitte; vt quod noſtrę hu militatis gerendum eſt: myſterio tuę virtutis impleatur effectu. Per dominum. In vnitate eiuſdem.

In die Reſurrectionis domini. Oratio.

DEus qui hodierna die per vnigenitum tuũ ęternitatis nobis aditũ deuicta morte reſeraſti, vota noſtra q̃ pueniẽdo aſpiras

etiam adiuuando proſequere. Per dominum noſtrum.

Feria ſecunda, Oratio.

DEus qui ſolemnitate paſchali mundo remedia contuliſti: populum tuum quæſumus cęleſti dono proſequere: vt & perfectam libertatem conſequi mereatur; & ad vitam proficiat ſempiternam. Per dominum noſtrum.

Feria tertia. Oratio.

DEus qui eccleſiam tuam nouo ſemper fœtu multiplicas: concede famulis tuis, vt ſacramentum viuendo teneant: quod fide perceperunt. Per dominum noſtrum. Sacra.

Suſcipe domine fidelium preces cum oblationibus hoſtiarum: vt per hæc piæ deuotionis officia, ad cęleſtem gratiam tranſeamus. Per dominum noſtrum. Poſtcommunio.

Concede quæſumus omnipotens deus: vt paſchalis perceptio ſacramenti continua in noſtris mentibus perſeueret. Per dn̄m.

Feria quarta. Oratio.

DEus qui nos reſurrectionis dominicæ annua ſolemnitate lætificas; concede propicius, vt per temporalia feſta quæ agimus: peruenire ad gaudia ęterna mereamur. Per dn̄m. Sacra.

Sacrificia deus paſchalibus gaudijs immolamus. quib9 eccleſia tua mirabiliter & paſcitur & nutritur. Per. Poſtcommunio.

Ab omni nos quęſumus domine vetuſtate purgatos; ſacramēti tui veneranda perceptio in nouam transferat creaturam. Per dn̄m.

Feria quinta. Oratio.

DEus qui diuerſitatem gentium confeſſione tui nominis adunaſti: da vt renatis fonte baptiſmatis; vna ſit fides mentium & pietas actionum. Per dominum. Sacra.

Suſcipe quęſumus domine munera populorum tuorum ꝓpicius: vt confeſſione tui nominis & baptiſmate renouati: ſempiternam beatitudinem conſequamur. Per dn̄m. Poſtcommunio.

Exaudi domine preces noſtras: vt redēptionis noſtræ ſacroſancta commertia; & vitę nobis conferant preſentis auxilium, & gaudia ſempiterna concilient. Per dominum.

Feria ſexta. Oratio.

OMnipotens ſempiterne deus: qui paſchale ſacramentum in reconciliationis humanæ fœdere contuliſti: da mentibus no-

ſtris;vt quod pfeſſiõe celebramus:imitemur effectu.p. Sacra.
Hoſtias quæſumus domine placatus aſſume:quas & pro renato
rum expiatione peccati deferimus;& pro acceleratione cæleſtis
auxilij.per. Poſt commu.
Reſpice quæſumus dñe pplm tuũ;& quem æternis dignatus es
renouare myſterijs á temporalibus culpis dignanter abſolue. p.
Sabbato. Oratio.
COncede quæſumus omnipotẽs deus;vt qui feſta paſchalia
venerãdo egimus:per hęc cõtingere ad gaudia æterna me
reamur.per dñm noſtrum. Sacra.
Concede quæſumus domine ſemp nos per hæc ſancta myſteria
paſchalia gratulari;vt cõtinua noſtræ reparationis operatio:per
petuæ nobis fiat cauſa læticiæ.per. Poſt communio.
Redemptionis nr̃æ munere vegetati:quæſumus domine:vt per
hoc perpetuæ ſalutis auxilium fides ſemper vera proficiat. Per.
Dominica in octaua paſchæ.oratio.
PRæſta quæſumus omps deus;vt qui paſchalia feſta peregi
mus;hæc te largiẽte moribus & vita teneamus.p. Sacra.
Suſcipe munera quęſumus dñe exultãtis eccleſiæ:& cui cauſam
tanti gaudij præſtitiſti:perpetuũ fructũ cõcede lęticię.p. Poſt cõ.
Quæſumus domine deus noſter;vt ſacroſancta myſteria quę p
reparationis noſtræ munimine contuliſti;& pręſens nobis reme
dium eſſe facias & futurum.per dominum.
Dominica prima poſt octauas paſchæ.oratio.
DEus qui in filij tui humilitate iacentẽ mundũ erexiſti:fideli
bus tuis ppetuã cõcede læticiã:vt quos ppetuæ mortis eri
puiſti caſibus:gaudijs facias ſempiternis pfrui.p. Sacra.
Benedictionẽ dñe nobis cõferat ſalutarẽ ſctã ſemp oblatio:vt qd
agit myſterio;virtute perficiat.Per. Poſt cõmu.
Præſta nobis omnipotẽs deus;vt viuificationis tuę gratiã conſe
quentes;in tuo ſemp munere gloriemur.Per dominum noſtrũ
Dominica ſecunda.oratio.
DEus qui errantibus/vt in viã poſſint redire iuſticię: verita
tis tuę lumen oſtendis;da cunctis qui chriſtiana pfeſſione
cenſent:& illa reſpuere quæ huic inimica ſunt nomini;& ea quæ
ſunt apta ſectari.Per dñm nrm. Sacra.

His nobis domine myſterijs conferatur:quo terrena deſideria mitigantes:diſcamus amare cæleſtia.per. Poſt communio.

Sacramenta quæ ſumpſimus,quæſumus domine:& ſpiritualibus nos inſtruant alimentis:& corporalibus tueantur auxilijs.per.

Dominica tertia. Oratio.

DEus qui fidelium mẽtes vnius efficis voluntatis:da populis tuis id amare quod prȩcipis:id deſiderare quod ꝓmittis:vt inter mundanas varietates ibi noſtra fixa ſint corda,vbi vera ſunt gaudia. per dominum. Sacra.

Deus qui nos per huius ſacrificij veneranda cõmertia vnius ſummeqꝫ diuinitatis participes effeciſti:prȩſta quȩſumus;vt ſicut tuam cognouimus veritatem:ſic eam dignis moribus aſſequamus.Per dominum noſtrum. Poſtcommunio.

Adeſto nobis domine deus noſter:vt per hȩc quȩ fideliter ſumpſimus:& purgemur á vitijs:& a periculis omnibus exuamur.Per dominum noſtrum.

Dominica quarta. Oratio.

DEus á quo bona cuncta procedunt:largire ſupplicibus tuis: vt cogitemus te inſpirante quæ recta ſunt,& te gubernante eadem faciamus.Per dominum. Sacra.

Suſcipe domine fidelium preces cum oblationibus hoſtiarum;vt per hȩc piæ deuotionis officia:ad cȩleſtem gloriam tranſeamus. Per dominum. Poſt communio.

Tribue nobis domine cæleſtis mẽſæ virtute ſatiatis:& deſiderare quæ recta ſunt:& deſiderata percipere.per dominum.

Feria ſecunda. Oratio.

PRæſta quæſumus omnipotens deus:vt qui in afflictione noſtra de tua pietate confidimus:contra aduerſa omnia tua ſemper protectione muniamur.Per dominum. Sacra.

Hæc munera qnæſumus domine & vincula noſtrȩ prauitatis abſoluant:& tuȩ nobis miſericordiæ dona concilient.Per dominum noſtrum. Poſtcommunio.

Vota noſtra quæſumus domine pio fauore proſequere:vt dũ dona tua in tribulatione ꝑcepimus,de conſolatione noſtra in tuo amore creſcamus.per dominum noſtrum Ieſum chriſtum filium tuũ. Qui tecum.

Feria ſexta. Oratio.

DEus qui conſpicis nos tot perturbationibus non poſſe ſubſiſtere: afflictorum gemitus propicius reſpice; & mala omnia quæ iuſte meremur auerte. Per Sacra.

His ſacrificijs domine concede placatus, vt qui proprijs oramus abſolui delictis: non grauemur externis. Per. Poſtcommunio.

Sacramenti tui domine veneranda perceptio: & myſtico nos mundet effectu, & perpetua virtute defendat. Per dñm.

Feria quarta in vigilia Aſcenſionis domini. Oratio.

Præſta quæſumus omipotens deus; vt nr̃æ mentis intẽtio, q̃ ſolemnitatis venturæ glorioſus autor ingreſſus eſt: ſemper intendat; & quo fide pergit: conuerſatione perueniat. Per dñm. Sacra.

Sacrificium domine ꝑ tui filij ſupplices venerabili qua præuenimus aſcẽſione deferentes, præſta quæſumus: vt & nos per ipſum his commertijs ſacroſanctis ad cęleſtia conſurgamus. per eũdem.

Tribue quæſumus domine: vt per hæc ſacramenta Poſtcõio. quæ ſũpſimus, illuc tendat noſtræ deuotionis affectus: quo tecum eſt noſtra ſubſtantia Ieſus chriſtus dominus noſter. Qui.

In die Aſcenſionis domini. Oratio.

COncede quæſumus omnipotẽs deus, vt qui hodierna die vnigenitum tuum ad cęlos aſcendiſſe credimus; ipſi quoq; mente in cęleſtibus habitemus. Per. Sacra.

Suſcipe domine munera quæ pro filij tui glorioſa aſcenſione deferimus: & cõcede propicius: vt præſentibus periculis liberemur: & ad vitam perueniamus æternam. Per dñm. Poſtcommunio.

Præſta nobis quæſumus omnipotẽs & miſericors deus: vt quæ viſibilibus myſterijs ſumenda percepimus; inuiſibili conſequamur effectu. Per dominum noſtrum.

Dominica infra octauas Aſcenſionis.

OMnipotens ſempiterne deus; fac nos tibi ſemꝑ & deuotam gerere voluntatem; & maieſtati tuæ ſyncero corde ſeruire. Per dominum noſtrum. Sacra.

Sacrificia nos domine immaculata purificent, & mentibus nr̃is ſupernæ gratiæ dent vigorem. Per. Poſtcommunio.

Repleti domine muneribus ſacris da quæſumus, vt in gratiarum ſemper actione maneamus. Per dominum.

In vigilia penthecoſtes. oratio.

DEus qui in Abraę famuli tui ope humano generi obedien tię exēpla ꝓbuiſti:concede nobis:& noſtræ volūtatis praui tatem frangere:et tuorū præceptorū rectitudinē in omnib⁹ adimplere. Per dominū noſtrum.

Deus qui nobis per prophetarū ora præcepiſti tēporalia relinquere;atq; ad æterna feſtinare:da famulis tuis:vt q̄ â te iuſſa cognouim⁹:impleri cæleſti inſpiratione valeam⁹. Per dominum.

Deus qui nos ad celebrādā hanc feſtiuitatē vtriuſq; teſtamēti pa ginis inſtruis:da nobis intelligere miſericordiā tuā:vt ex percep tione præſentiū munerū,firma ſit expectatio futurorꝶ. per.

Deus incōmutabilis virtus & lumē ęternū:reſpice propicius ad totius eccleſiæ mirabile ſacramentū:& da famulis tuis:vt hoc qđ deuote agimus:etiā rectitudine vitę teneamus. p dn̄m. Oratio.

Concede q̄ſumus omnipotens deus:vt qui ſolemnitatem doni ſpirituſſancti colimus:cæleſtibus deſiderijs accenſi fontem vitæ ſitiamus Dominum noſtrum Ieſum chriſtum filium tuum. Qui tecum. In vnitate eiuſdem. Oratio.

Pręſta q̄ſumus omnipotens deus:vt claritatis tuę ſuper nos ſplē dor refulgeat:& lux tuę lucis corda eorum qui per gratiā tuam renati ſunt:ſancti ſpiritus illuſtratione confirmet. p. Sacra.

Munera q̄ſumus domine oblata ſanctifica:& corda noſtra ſancti ſpiritus illuſtratione emunda,per dn̄m. Poſt commu.

Sancti ſpiritus domine corda nr̄a mundet infuſio:& ſui roris intima aſperſione fœcundet,per dominum. In vni.

In die penthecoſtes. oratio.

DEus qui hodierna die corda fidelium ſancti ſpiritus illuſtra tione docuiſti:da nobis in eodem ſpiritu recta ſapere:& de eius ſemper conſolatione gaudere. Per dominum.

Feria ſecunda. oratio.

DEus qui apl'is tuis ſanctum dediſti ſpiritum:concede plębi tuę pię deuotionis affectum:vt quibus dediſti fidem:largia ris & pacem. Per dominum. Sacra.

Propicius domine q̄ſumus hæc dona ſanctifica:& hoſtię ſpiritua lis oblatione ſuſcepta:noſmetipſos tibi perfice munus æternum. Per dominum noſtrum. Poſt communio.

Adeſto q̃s domine populo tuo:& quē myſterijs cæleſtibus imbuiſti:ab hoſtium furore defende.per dominum noſtrum.

Feria tertia.oratio.

ADeſto nobis q̃s domine virtus ſpirituſſancti;quæ & corda noſtra clementer expurget:& ab omnibus tueatur aduerſis per.In vnitate eiuſdem. Sacra.

Purificet nos q̃s domine muneris p̃ſentis oblatio: & dignos ſacra participatione efficiat.per. Poſt commu.

Mentes noſtras q̃s domine ſpūſſctūs diuinis reparet ſacramentis;quia ipſe eſt remiſſio oīm pctōꝝ.p in vnitate eiuſdem.

Feria quarta.oratio.

MEntes noſtras q̃s domine paracletus(qui á te procedit) illuminet:& inducat in omnem(ſicut tuus promiſit filiꝰ) veritatem.Qui tecum.In vnitate eiuſdem.

Præſta q̃s omnipotens & miſericors deus:vt ſpūſſanctus adueniens templum nos gloriæ ſuæ dignanter in habitando p̃ficiat. per dominum noſtrum. Sacra.

Accipe quæſumus domine munus oblatum & dignanter operare:vt quod myſterijs agimus:pijs effectibus celebremus. Per dominum noſtrum. Poſt commu.

Sumentes domine cæleſtia ſacramenta:quæſumus clementiam tuam:vt quod temporaliter gerimus:æternis gaudijs conſequamur.per dominum noſtrum Ieſum.

Feria ſexta.oratio.

DA q̃s eccleſiæ tuæ miſericors deus:vt ſpiritu ſancto cōgregata hoſtili nullatenus incurſione turbet̃,per. Sacra.

Sacrificia dñe tua oblata conſpectibus ignis ille diuinus aſſumat; qui diſcipulorũ xp̃i filij tui per ſpiritum ſanctum ſuccendit. per eundem.In vnitate eiuſdem. Poſt commu.

Sumpſimus domine ſacri dona myſterij humiliter dep̃cātes:vt q̃ in tui cōmemoratione nos facere p̃cepiſti:in noſtræ proficiāt infirmitatis auxilium.Qui viuis & regnas.

Sabbato.oratio.

MEntibus noſtris q̃ms domine ſpiritum ſanctum benignus infunde:cuius & ſapientia conditi ſumus:& prouidentia gubernamur.per.in vnitate. Oratio.

Illos nos igne q̄s domine ſpiritusſanctus inflammet;quē domin⁹ noſter Ieſus xp̄s miſſit in terram;& voluit vehementer accēdi. Qui tecum viuit. Oratio.

Deus qui animarum medelam ieiunij deuotiōe caſtigari corpa p̄cepiſti;concede nobis propicius;& mente & corpore tibi ſemp eſſe deuotos.per dominum. Oratio.

Præſta qm̄s omnipotens deus:vt ſalutaribus ieiunijs eruditi/ab omnibus etiam vitijs abſtinentes : propitiationem tuam facilius impetremus.per dominum. Oratio.

Præſta quæſumus omnipotens deus;ſic nos ab epulis carnalib⁹ abſtinere;vt à vitijs ingruentibus pariter ieiunemus.per dominū noſtrum Ieſum chriſtum. Oratio.

Deus q tribus pueris mitigaſti flāmas igniū;concede propicius; vt nos famulos tuos non exurat flāma vitiorꝫ.p do. Sacra.

Vt accepta tibi ſint domine noſtra ieiunia; præſta nobis quęſu⁹mus huius munere ſacramenti purificatum tibi pectus offerre.p dominum noſtrum Ieſum. Poſt commu.

Præbeant nobis domine diuinū tua ſancta feruorem;quo eorū pariter & actu delectemur/& fructu.per dominum.

In feſto ſanctæ Trinitatis,oratio.

OMnipotens ſempiterne deus;qui dediſti famulis tuis in cō feſſione verę fidei;æternę Trinitatis gloriam agnoſcere;& in potentia maieſtatis adorare vnitatem;q̄s/vt eiuſdē fidei firmitate ab omnib⁹ ſemp muniamur aduerſis.per. Sacra.

Sanctifica q̄s domine deus per tui ſancti nominis inuocationem huius oblationis hoſtiam;& per eam noſmetipſos tibi pfice munus æternum.per dominum. Poſt commu.

Proficiat nobis ad ſalutē corporis & animæ deus nr̄ huius ſacramenti ſuſceptio:& ſempiternæ ſanctæ Trinitatis eiuſdēq; indiuiduæ vnitatis confeſſio.per dominum noſtrum Ieſum xp̄m. Qui tecum viuit & regnat in vnitate.

In feſto corporis Chriſti. oratio.

DEus qui nobis ſub ſacramēto mirabili paſſiōis tuę memoriam reliquiſti.Tribue q̄s:ita nos corporis & ſanguinis tui ſacra myſteria venerari; vt redemptionis tuæ fructum in nobis iugiter ſentiamus.Qui tecum. Sacra.

Eccleſiæ tuæ q̄ſumus domine vnitatis & pacis propicius dona concede:q̄ ſub oblatis muneribus myſtice deſignantur. per dominum noſtrum Ieſum chriſtum. Poſt commu.
Fac nos q̄s domine diuinitatis tuę ſempiterna fruitione repleri: quam præcioſi corporis & ſanguinis tui tēporalis perceptio pręfigurat, Qui viuis &.

Dominica prima poſt feſtum Trinitatis, oratio.

DEus in te ſperantiū fortitudo:adeſto ꝓpicius inuocatiōibus noſtris:& quia ſine te nihil poteſt mortalis infirmitas:pręſta auxiliū gratię tuę:vt in exeq̄ndis mandatis tuis:& voluntate tibi & actione placeamus.per. Sacra.
Hoſtias noſtras domine tibi dicatas placatus aſſume:& ad perpetuum nobis tribue peruenire ſubſidium.per. Poſt commu.
Tantis domine repleti muneribus pręſta q̄s:vt & ſalutaria dona capiamus:& à tua nunq̄ laude ceſſemus.per dominum.

Dominica ſecunda.oratio.

SAncti nominis tui domine timorē pariter & amorē fac nos habere perpetuū:quia nunq̄ tua gubernatiōe deſtituis:quos in ſoliditate tuę dilectionis inſtituis.per. Sacra.
Oblatio nos domine tuo nomini dicāda purificet:& de die in diē ad cæleſtis vitæ tranſferat actionem.per. Poſt communio.
Sumptis muneribus ſacris q̄ſumus domine:vt cum freq̄ntatione myſterij creſcat noſtræ ſalutis effectus.per dominum.

Dominica tertia.oratio.

DEprecationē noſtrā q̄s dn̄e benignus exaudi:& q̄bus ſupplicādi pręſtas affectū:tribue defenſiōis auxiliū.ꝑ do. Sacra
Munera domine oblata ſanctifica:vt tui nobis vnigeniti corpus & ſanguis fiant. Per eundem. Poſt communio.
Hæc nos cōmunio domine purget à crimine:& cæleſtis remedij faciat eſſe conſortes.per.

Dominica quarta.oratio.

PRotector in te ſperātiū deus:ſine quo nihil eſt validū:nihil ſanctū:multiplica ſuꝑ nos m̄iam tuā:vt te rectore: te duce ſic trāſeamus ꝑ bona t̄palia:qđ nō amittamus ęterna.ꝑ. Sacra.
Reſpice domine munera ſupplicātis eccleſiæ:& ſaluti credētium perpetua ſanctificatione ſumenda concede.per. Poſt commu.

Sancta tua nos domine ſumpta viuificent:& miſericordiæ ſempi-
ternæ præparent expiatos.per dominum.

Dominica quinta.oratio.

DA nobis domine q̃s:vt & mundi curſus pacifice nobis tuo ordine dirigatur:& eccleſia tua tranquilla deuotione lętetur.per dominum. Sacra.

Oblationibus noſtris q̃ſumus domine placare ſuſceptis:& ad te noſtras etiã rebelles cõpelle propicius voluntates.p. Poſt cõ.

Myſteria nos domine ſumpta purificent:& tuo munere tueantur.per dominum.

Dominica ſexta.oratio.

DEus qui diligẽtibus te bona inuiſibilia præparaſti:infunde cordibus noſtris tui amoris affectum:vt te in omnibus & ſuper omnia diligẽtes promiſſiones tuas(q̃ omne deſiderium ſuperant)conſequamur.per dominum. Sacra.

Propiciare dñe ſupplicatiõib⁹ nr̃is;& has oblatiões famulorũ famularũq; tuarꝝ benign⁹ aſſume:vt qđ ſinguli obtulerũt ad honorẽ nõis tui;cũctis ꝓficiat ad ſalutem.per. Poſt com.

Quos cæleſti dñe dono ſatiaſti;p̃ſta q̃s vt á noſtris mundemur occultis:& ab hoſtium liberemur inſidijs.per.

Dominica ſeptima.oratio.

DEus virtutum cuius eſt totum/quod eſt optimũ;inſere pectoribus noſtris amorem tui nominis:& pręſta nobis religionis augmentum:vt q̃ ſunt bona nutrias:ac pietatis ſtudio quę ſunt bona nutrita cuſtodias.per. Sacra.

Propiciare dñe ſupplicationibus noſtris:& has populi tui oblationes benignus aſſume:& vt nullius ſit irritũ votũ:nullius vacua poſtulatio:præſta q̃ſumus/vt quod fideliter petimus:efficaciter conſequamur.per dominum. Poſt commu.

Repleti domine muneribus tuis/tribue q̃ſumus/vt eorũ & mundemur effectu:& muniamur auxilio.per dominum.

Dominica octaua. oratio.

DEus cuius prouidẽtia in ſui diſpoſitione nõ fallitur:te ſupplices exoramus:vt noxia cuncta ſubmoueas/& om̃ia nobis profutura concedas.per dominum. Sacra.

Deus qui legalium differentiam hoſtiarum:vnius ſacrificij ꝑfe-

ctione ſanxiſti;accipe ſacrificiũ à deuotis tibi famulis;& pari bñ-
dictione ſicut munera Abel ſanctifica;vt qđ ſinguli obtulerũt ad
maieſtatis tuæ honorẽ;cũctis ꝓficiat ad ſalutẽ.ꝑ do. Poſt com.
Tua nos dñe medicinalis opatio;& à noſtris peruerſitatibus clę
menter expediat;& ad ea q̃ ſunt recta perducat.per.

Dominica nona.oratio.

LArgire nobis qm̃s domine ſuper ſpũm cogitandi quæ re-
cta ſunt propicius;& agendi;vt qui ſine te eſſe nõ poſſum⁹
ſecundum te viuere valeamus.per dominum. Sacra.
Suſcipe munera q̃s dñe;q̃ tibi de tua largitate deferim⁹;vt hęc ſa
croſctã myſteria gr̃ę tuę opante virtute p̃ſentis vitę nos cõuerſa
tiõe ſanctificẽt;& ad gaudia ſempiterna ꝑducãt.ꝑ do. Poſt com.
Sit nobis domine reparatio mẽtis & corpis cęleſte myſteriũ; vt
cuius exeq̃mur actionem;ſentiamus effectum.ꝑ dñm.

Dominica decima.oratio.

PAteant aures miſericordię tuę precibus ſupplicantiũ;& vt pe
tẽtibus deſiderata concedas;& fac eos q̃ tibi ſunt placita po-
ſtulare.per dominum noſtrum. Sacra.
Concede nobis hæc q̃s domine digne frequẽtare myſteria;quia
quoties huius hoſtiæ commemoratio celebratur;opus noſtræ re
demptionis exercetur.per dominum. Poſt com.
Tui nobis communio ſacramenti;& purificationem conferat;&
tribuat vnitatem.per.

Dominica vndecima.oratio.

DEus q̃ omnipotẽtiã tuã parcẽdo maxime & miſerãdo ma
nifeſtas;multiplica ſup nos gr̃am tuã;vt ad tua ꝓmiſſa cur-
rentes;cęleſtiũ bonoꝝ facias eſſe cõſortes.ꝑ. Sacra.
Tibi dñe ſacrificia dicata reddanẽ.q̃ ſic ad honorẽ nois tui deferẽ
da tribuiſti;vt eadẽ remedia fieri nr̃a p̃ſtares.ꝑ. Poſt com.
Quęſumus dñe deus nr̃.vt quos diuinis reparare nõ deſinis ſa-
cramentis;tuis non deſtituas benignus auxilijs.per dñm.

Dominica duodecima.oratio.

OMnipotens ſempiterne deus;qui abundantia pietatis tuæ;
& meritũ ſupplicũ excedis & vota;effunde ſuper nos mi-
ſericordiam tuã.vt dimittas quæ conſciẽtia metuit.& adijcias qđ
oratio non præſumit.per dominum noſtrum. Sacra.

Reſpice quæſumus domine, ad noſtram propicius ſeruitutem; vt quod offerimus; ſit tibi munus acceptũ; & noſtræ fragilitatis ſubſidium, per dominum. Poſt commu.

Sentiamus dñe q̃s tui perceptione ſacramenti ſubſidium mentis & corporis, vt in vtroq; ſaluati cæleſtis remedij plenitudine gloriemur. per dominum noſtrum.

Dominica decimatertia, oratio.

OMnipotens & miſericors deus: de cuius munere venit: vt tibi á muneribus tuis digne & laudabiliter ſeruiat: tribue nobis q̃ſumus: vt ad promiſſiones tuas ſine offenſione curram⁹. Per dominum noſtrum. Sacra.

Hoſtias q̃ſumus dñe propicius intende: quas ſacris altarib⁹ exhibemus, vt nobis indulgentiam largiendo; tuo nomini dent honorem. per dominum. Poſt com.

Viuificet nos q̃s domine huius participatio ſancta myſterij: & pariter nobis expiationem tribuat & munimen. per dominum.

Dominica decima quarta, oratio.

OMnipotẽs ſempiterne deus; da nobis fidei, ſpei, & charitatis augmentum, & vt mereamur aſſequi quod promittis: fac nos amare quod præcipis. per dominum. Sacra.

Propiciare dñe pplo tuo: ppiciare muneribus: vt in hac oblatione placat⁹: & ĩdulgẽtiã nobis tribuas & poſtulata cõcedas. p. Poſt cõ.

Sumptis dñe cęleſtib⁹ ſacramẽtis: ad redẽptionis æternę q̃ſumus; proficiamus augmentum. per dominum noſtrum.

Dominica decimaquinta, oratio.

CVſtodi domine q̃s eccleſiã tuã propiciatiõe ppetua: & quia ſine te labitur humana mortalitas: tuis ſemper auxilijs & abſtrahatur á noxijs: & ad ſalutaria dirigatur. per. Sacra.

Concede nobis dñe: vt hęc hoſtia ſalutaris: & noſtrorum fiat purgatio delictorum: & tuę propiciatio poteſtatis. per. Poſt com.

Purificent ſemper & muniãt tua ſacramẽta nos deus: & ad ppetuæ ducant ſaluationis effectum. per dominum.

Dominica decimaſexta, oratio.

ECcleſiam tuã domine miſeratio continuata mundet & muniat: & quia ſine te non poteſt ſalua conſiſtere: tuo ſemp muneregubernetur. per dominum. Sacra.

Tua nos domine ſacramẽta cuſtodiãt:& contra diabolicos tueã-tur ſemper incurſus.per dominum. Poſt communio.
Mentes noſtras & corpora poſſideat q̃ſumus domine doni cæleſtis operatio;vt nõ noſter ſenſus in nobis:ſed iugiter eius perueniat effectus. per.

Dominica decimaſeptima.oratio.

TVa nos domine q̃ſumus gratia ſemper preueniat:& ſequat: ac bonis operibus iugiter preſtet eſſe intẽtos.per. Sacra.
Munda nos domine ſacrificij præſentis effectu:& perfice miſeratus in nobis:vt eius mereamur eſſe participes.per. Poſt com.
Purifica domine q̃s mentes noſtras benignus:& renoua cæleſtibus ſacramentis:vt conſeq̃nter & corporum præſens pariter & futurum animarum capiamus auxilium.per dominum.

Feria quarta in ieiunijs quattuor temporum oratio.

MIſericordiæ tuę remedijs q̃ſumus domine fragilitas noſtra ſubſiſtat:vt q̃ ſua conditione atteritur:tua clęmentia reparetur. per dominum. Sacra.
Preſta q̃ſumus domine familiæ ſupplicanti;vt dum á cibis corporalibus ſe abſtinet:á vitijs mente ieiunet. per dominum. Sacra.
Hæc hoſtia domine q̃ſumus emundet noſtra delicta:& ad ſacrificium celebrandum ſubditorum tibi corpora menteſq; ſanctificet. per dominum noſtrum. Poſt communio.
Sumentes domine dona cæleſtia ſuppliciter deprecamur:vt q̃ ſedula ſeruitute donãte gerimus:dignis ſenſibus tuo munere capiamus.per dominum.

Feria ſexta.oratio.

PRæſta q̃ſumus omnipotẽs deus:vt obſeruationes ſacras annua deuotione recolentes:& corpore tibi placeamus & mẽte.per dominum. Sacra.
Accepta tibi ſint domine q̃ſumus noſtri dona ieiunij:q̃ & expiãdo nos tua gratia dignos efficiant:& ad ſempiterna ꝓmiſſa perducant.per dominum noſtrum. Poſt commu.
Quæſumus omnipotens deus:vt de perceptis muneribus gratias exhibentes ; beneficia potiora ſumamus.Per dominum noſtrum Ieſum.

Sabbato. oratio.

OMnipotēs ſempiterne deus:qui per continentiā ſalutarē & corporibus mederis & mentibus:maieſtatē tuam ſupplices exoramus;vt pia ieiunantiū deprecatione placatus:et præſentia nobis ſubſidia prębeas et futura.per dominum. Oratio.

Da nobis q̄s omnipotens deus:vt ieiunando tua gratia ſatiemur: & abſtinendo cunctis efficiamur obſtibus fortiores.per dominū noſtrum. Oratio.

Tuere dn̄e q̄s familiā tuā;vt ſalutis ęternę remedia:q̄ te aſpirāte regrimus:te largiēte conſeq̄mur.per dominum noſtrū. Oratio.

Præſta q̄s domine ſic nos ab epulis abſtinére carnalibus;vt à viтijs irruentibus pariter ieiunemus.per. Oratio.

Vt nos domine tribuis ſolemne tibi deferre ieiuniū;ſic nobis q̄s indulgentiæ præſta ſubſidium.per dominum. Sacra.

Concede q̄s omnipotens deus ; vt oculis tuæ maieſtatis munus oblatum;et gratiā nobis deuotionis obtineat;et effectum beatæ peremnitatis acquirat.per dominum. Poſt commu.

Perficiant in nobis q̄s tua ſacramenta quod continent;vt q̄ miſericordiæ ſpe gerimus;rerum veritate capiamus.per.

Dominica decima octaua. oratio.

DA q̄s domine populo tuo diabolica vitare contagia;et te ſolum dominum pura mente ſectari.per. Sacra.

Maieſtatem tuā domine ſuppliciter deprecamur;vt hæc ſancta q̄ gerimus:& à præteritis nos delictis exuant et futuris. per dominum noſtrum. Poſt cōmunio.

Sanctificationibus tuis omnipotens deus;& vitia noſtra curent̄; & remedia nobis æterna præueniant. per dominum.

Dominica decima nona.oratio.

DIrigat corda noſtra q̄s domine tuæ miſerationis operatio; quia tibi ſine te placare non poſſumus.per do. Sacra.

Deus qui nos p̱ huius ſacrificij venerāda cōmertia:vnius ſummęq; diuinitatis participes efficis:præſta q̄ſumus;vt ſicut tuā cognoſcimus veritatem;ſic eam dignis mentibus & moribus aſſequamur.per dominum. Poſt cōmu.

Gr̄as tibi referimus dn̄e ſacro munere vegetati;tuā miam deprecantes;vt dignos nos eius participatiōe perficias. per dominum.

Dominica vigeſima. oratio.

OMnipotens & miſericors deus: vniuerſa nobis aduerſantia propiciatus exclude. vt mēte & corpore pariter expediti: q̄ tua ſunt liberis mentibus exequamur. per do. Sacra.
Hæc munera q̄s domine: quæ oculis tuæ maieſtatis offerimus: ſalutaria nobis eſſe concede. per dominum. Poſt cō.
Tua nos dn̄e medicinalis opatio: & nr̄is pueſitatibus clemēter expediat: & tuis ſemp faciat inhęrere mādatis. per dn̄m nr̄m.

Dominica vigeſimaprima. oratio.

LArgire queſumus domine fidelibus tuis indulgentiā placatus & pacem: vt pariter ab omnibus mundentur offenſis: & ſecura tibi mente deſeruiant. per dominum. Sacra.
Cęleſtē nobis p̄beant hęc myſteria q̄s domine medicinam: & vitia noſtri cordis expurgent. per. Poſt commu.
Vt ſacris domine reddamur digni muneribus: fac nos queſum⁹ tuis obedire mandatis. per dominum noſtrum Ieſum.

Dominica vigeſimaſecunda. oratio.

FAmiliā tuam q̄s domine continua pietate cuſtodi: vt á cunctis aduerſitatibus te protegente ſit libera & in bonis actib⁹ tuo nomini ſit deuota. per dominum. Sacra.
Suſcipe domine q̄s hoſtias: q̄bus & placari voluiſti: & nobis ſalutem potenti pietate reſtitui. per. Poſt com.
Immortalitatis alimoniam conſecuti queſumus domine: vt quod ore percepimus: mente ſectemur. per dominum noſtrum.

Dominica vigeſimatertia. oratio.

DEus refugium noſtrum & virtus adeſto pijs eccleſiæ tuæ p̄cibus autor ipſe pietatis: & p̄ſta: vt quod fideliter petim⁹: efficaciter conſequamur. per dominum. Sacra.
Sacris domine q̄ſumus ſeruitijs fac intētos: vt ſine vlla te offenſionis macula famulemur: & quales eſſe precipis: ipſe nos pfice. Per dominum noſtrum. Poſt com.
Sumpſimus domine ſacri dona myſterij humiliter depcantes: vt q̄ in tui commemoratione nos facere p̄cepiſti: in noſtræ pficiant infirmitatis auxilium. Qui viuis & regnas.

Dominica vigeſimaquarta. oratio.

ABſolue quæſumus domine tuorum delicta populorum: vt á peccatorum noſtrorum nexibus: quæ pro noſtra fragili-

tate contraximus:tua benignitate liberemur.per do. Sacra.
Pro noſtræ ſeruitutis augmēto ſacrificiū tibi domine laudis offerimus:vt quod immeritis contuliſti;propicius exequaris.per dominum noſtrum. Poſt com.
Sumētes dn̄e dona cæleſtia q̄s:vt nō nobis ꝑuenire ad iudicium patiaris:qd' tuis fidelibus ad remediū ꝓuidiſti.per dominum.

Dominica vigeſimaquinta.oratio.

EXcita q̄s dn̄e tuorū fideliū voluntates: vt diuini opis fructū ꝓpenſius exequētes:pietatis tuæ remedia maiora ꝑcipiant Per dominum. Sacra.
Propicius eſto dn̄e ſupplicatiōibus nr̄is:& ppl̄i tui oblationibus p̄cibuſq; ſuſceptis:omniū nr̄orꝫ ad te corda cōuerte:vt á terrenis cupiditatibus liberati:ad cæleſtia deſideria tranſeamus. Per dominum noſtrum. Poſt commu.
Concede nobis q̄ſumus domine:vt per hec ſacramēta q̄ ſumpſimus;quicquid in noſtra mente vitioſum eſt:tuæ meditatiōis dono curetur.per dominum noſtrum Ieſum xp̄m.

In feſto dedicationis Eccleſiæ.oratio.

DEus q̄ nobis per ſingulos annos huius ſancti tēpli tui conſecrationis reparas diem:& ſacris ſemper myſterijs repræſentas incolumes;exaudi p̄ces populi tui:et p̄ſta vt quiſquis hoc templum beneficia petiturus ingreditur:cuncta ſe impetraſſe lętetur.per dominum noſtrum. Sacra.
Annue q̄s domine præcibus noſtris:vt quicunq; intra tēpli hui⁹ (cuius anniuerſarium dedicationis diem celebramus)ambitū cōtinemur:plena tibi atq; perfecta corporis et animæ deuotiōe placeamus:vt dum hæc præſentia vota reddimus; ad æterna p̄mia te adiuuante venire mereamur.per dominum. Poſt com.
Deus qui eccleſiā tuā ſponſam vocare dignatus es:vt q̄ haberet gratiā per fidei deuotionē:haberet etiā ex nomine pietatem:da vt omnis hæc plębs nomini tuo ſeruiens huius vocabuli cōſortio digna eſſe mereatur:et eccleſia tua in templo cuius anniuerſarius dedicationis dies celebratur; tibi collecta:te timeat:te diligat:te ſequatur:vt dū iugiter ꝑ veſtigia tua gradit̄:ad cæleſtia ꝓmiſſa te ducente peruenire mereamur.per dominum noſtrū Ieſum xp̄m filium tuum.Qui tecum.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SEVILLA

In die conſecrationis Eccleſiæ.oratio.

DEus qui inuiſibiliter omnia contines:& tamen ꝓ ſalute generis humani ſigna tuæ potētiæ viſibiliter oſtēdis;tēplū hoc potētia tuę inhabitationis illuſtra;vt oēs q huc depcaturi cōueniūt:ex q̄cūq; tribulatiōe ad te clamauerint:cōſolatiōis tuæ bñficia conſequātur.per dominum. Sacra.

Omnipotens ſempiterne deus:templum hoc nomini tuo dedicatum:cæleſti virtute & benedictiōe ſanctifica:& omnibus in te ſperantibus auxilij tui munus oſtende:vt hic & ſacramentorū virtus & votorum obtineantur effectus.per. Poſt com.

Quæſumus omnipotens deus:vt hoc in loco:qui nomini tuo dedicatus eſt, cunctis petentibus aurem tuæ pietatis accommodes. per dominum noſtrum Ieſum xp̄m filium tuum.

Incipiunt orationes ſanctorum.

In vigilia ſancti Andreę apl'i,oratio.

QVæſumus omnipotens deus,vt beatus Andreas apoſtolus tuum pro nobis imploret auxilium,vt á noſtris reatibus abſoluti:á cunctis etiam periculis eruamur.per dñm noſtrum. Sacra.

Sacrandū tibi domine munus offerim⁹:quo beati Andreæ apl'i tui ſolemnia recolentes:purificationem quoq; nr̄is mētibus imploremus.per dñm. Poſt com.

Perceptis domine ſacramentis ſuppliciter exoramus:vt intercedente beato Andrea apoſtolo tuo:q̄ pro illius veneranda gerimus paſſione:nobis proficiant ad medelam.per dominum.

Eodem die ſancti Saturnini.oratio.

DEus qui nos beati Saturnini martyris tui cōcedis natalicio perfrui:eius nos tribue meritis adiuuari.per. Sacra.

Munera tibi dñe dicata ſanctifica:& intercedēte btō Saturnino martyre tuo:ꝑ hęc eadē nos placat⁹ intēde.per do. Poſt cō.

Sanctificet nos q̄ſumus domine tui perceptio ſacramenti:& interceſſione beati Saturnini martyris tui tibi reddat acceptos.per dominum noſtrum.

In die ſancti Andreę apoſtoli.oratio.

MAieſtatē tuā domine ſuppliciter exoramus:vt ſicut eccleſiæ tuæ beatus Andreas apoſtolus tuus extitit prędicator & rector:ita apđ te ſit ꝓ nobis perpetuus interceſſor.per. Sacra.
Sacrificium noſtrum tibi domine q̄s beati Andreæ prædicatio ſancta conciliet:vt in cuius honore ſolemniter exhibet̄:eius meritis efficiatur acceptum.per. Poſt commu.
Sumpſimus domine diuina myſteria beati Andreę feſtiuitate lętantes:q̄ ſicut tuis ſanctis ad gloriam:ita nobis q̄s ad veniā prodeſſe perficias.per dominum.

Chryſanti Mauri & Darię martyrum.oratio.

SAnctoꝝ martyꝝ tuoꝝ Chryſanti Mauri atq̄ Darię virginis q̄ſumus domine nobis adſit oratio:vt quos obſequio veneramur:pio iugiter experiamur auxilio.per dominum.

Sancti Fœlicis.oratio.

COncede q̄ſumus omnipotens deus:vt ad meliorem vitam exempla ſancti tui Fœlicis nos ꝓuocēt:quatenus cuius ſolemnia agimus:& actus imitemur.per dominum.

In natali ſanctæ Barbaræ: oratio.

INterceſſio glorioſa q̄s domine deus noſter beatę Barbarę virginis & martyris tuę nos ab omni aduerſitate protegat:vt per eius interuentū:corporis & ſanguinis dn̄i noſtri Ieſu chriſti ſacramentū:ante noſtrę animę de corpore exitū:& cū vera fide & pura mente percipere mereamur.Per eundem. Sacra.
Suſcipe munera domine:quæ in beatæ Barbaræ martyris tuæ ſolemnitate deferimus:cuius nos confidimus patrocinio liberari. Per dominum.

Sancti Nicolai epiſcopi. oratio.

DEus qui beatum Nicolaum confeſſorem tuum atq̄ ꝑontificem innumeris decoraſti miraculis:tribue nobis q̄ms vt eius meritis & precibus á gehennę incendijs liberemur,per dominum noſtrum. Sacra.
Sanctifica q̄ſumus domine oblata munera:q̄ in veneratiōe ſancti antiſtitis Nicolai offeruntur:vt per ea vita noſtra inter aduerſa vbiq̄ dirigat & proſpera. per. Poſt commu.
Sacrificia q̄ ſumpſimus domine pro ſolemnitate ſancti pontifi-

cis tui Nicolai: ſempiterna nos protectione cõfirment.per dñm.

In conſecratione ſancti Ambroſij epi.oratio.

DEus mũdi autor & conditor:qui hodiernę feſtiuitatis diem beati Ambroſij ſacerdotij electione conſecraſti:pſta populo tuo:vt cuius annua celebritate deuotus reſultat obſequijs; ei⁹ ſuffragijs tuæ pietatis conſeq̃tur auxilium.per dñm. Sacra.

Interuentu p̃cis & obtentu orationis beati Ambroſij ſacerdotis & confeſſoris tui domine his muneribus tibi oblatis bñdictionẽ effunde de cęlis:quo ex eis ſumentes & omnibus careamus culpis:& cęleſtibus repleamur edulijs.per. Poſt com.

Repleti domine muneribus tuis;q̃ de feſtiuitate beati ſacerdotis & confeſſoris tui Ambroſij percepimus:tribue q̃s:vt eorꝫ emundemur effectu:& viuamus auxilio.per.

In octaua ſancti Andreæ apl̃i.oratio.

PRotegat nos dñe ſepius beati Andreę apl̃i tui repetita ſolẽnitas:vt cuius patrocinia ſine intermiſſione recolimus:perpętuam defenſionem ſentiamus.per dominum. Sacra.

Indulgentiam nobis p̃beant hæc munera q̃ſumus domine largiorem:q̃ pro venerabilis Andreæ apoſtoli tui ſuffragijs offerũtur.per dominum. Poſt commu.

Adiuuet familiam tuam tibi ſupplicando beatus Andreas apl̃s: & pius interuentor efficiatur:qui tui nominis extitit prædicator. Qui viuis & regnas.

In conceptione beatę Mariæ virginis.oratio.

DEus q̃ beatæ Mariæ virginis conceptionẽ angelico vaticinio parentibus prædixiſti:pręſta familiæ tuæ ipſius muniri p̃ſidijs:cuius conceptionẽ ſacram frequentatione congrua veneratur.per dominum. Sacra.

Vnigeniti tui dñe nobis ſuccurrat humanitas:vt q̃ natus ex virgine:matris integritatẽ nõ minuit:ſed ſacrauit in cõceptiõe eius ſolemnijs à noſtris nos piaculis exuens:oblationẽ noſtrã ſibi faciat acceptam.Qui tecum. Poſt commu.

Sumpſimus dñe celebritatis annuæ votiua ſacramenta:pręſta q̃s: vt intercedente beata dei genitrice Maria;& temporalis nobis vitæ remedia præbeant & æternæ.per dominum.

Eulaliæ virginis.oratio.

DEus q̃ beatę virginis & martyris tuę Eulalię animã ad oſtẽdendã innocẽtiæ viã in colũbæ ſpecie videntib⁹ cũctis cęlum penetrare feciſti; cõcede nobis p̃cibus ipſius innocẽter viuere: vt ad eadẽ mereamur gaudia ꝑuenire. per. Sacra.

Muneribus noſtris dñe te magnificamus oblatis: q̃ in ſanctæ ſolemnitatibus Eulaliæ virginis & martyris tuæ offerim⁹; vt & nobis gaudia æterna concilies: & patrocinia ſempiterna largiaris. ꝑ dominum noſtrum. Poſt com.

Sumpta ſacra myſteria quæſumus domine deus noſter: propicius in nobis conſeruare digneris; & intercedente beata Eulalia martyre tua: angelicis turmis ad deſideria euchi mereamur & prouehi: quibus etiam ipſam dignatus es in terris poſitam cuſtodire. per dñm noſtrum.

Sancti Damaſi papæ. oratio.

DA quæſumus omp̃s deus; vt beati Damaſ confeſſoris tui atq; pontificis veneranda ſolemnitas: & deuotionem nobis augeat & ſalutem. per dominum. Sacra.

Sancti tui nos domine q̃s vbiq; lætificent: vt dum eorũ merita recolimus: patrocinia ſentiamus. per dominum. Poſt com.

Præſta qm̃s omp̃s deus; vt de perceptis muneribus gratias exhibentes; beneficia potiora ſumamus. per dominum.

Sanctæ Luciæ. oratio.

EXaudi nos deus ſalutaris noſter; vt ſicut de beatę Lucię virginis & martyris tuæ feſtiuitate gaudemus: ita pię deuotionis erudiamur affectu. per dominum. Sacra.

Accepta tibi ſit domine ſacratę plębis oblatio pro tuorũ honore ſanctorũ: quorũ ſe meritis percepiſſe de tribulatiõe cognoſcit auxilium. per dominum. Poſt cõmu.

Satiaſti dñe familiã tuã munerib⁹ ſacris: eius qm̃s interuentione nos refoue: cuius ſolemnia celebramus. per dominum.

Sancti Thomæ apoſtoli. oratio.

DA nobis q̃s domine beati apoſtoli tui Thomæ ſolemnitatibus gloriari; vt eius ſemper patrocinijs ſubleuemur: & fidem congrua deuotione ſectemur. per. Sacra.

Debitum tibi domine noſtrę reddim⁹ ſeruitutis ſupppliciter exorantes; vt ſuffragijs beati apl̃i tui Thomæ in nobis tua munera

tuearis:cuius honoranda confeſſione:laudis tibi hoſtias immola-
mus.Per dominum. Poſt commu.

Conſerua domine populum tuum:& quem ſanctorum tuorum præſidijs non deſinis adiuuare: perpetuis tribue gaudere remedijs.Per dominum.

Tranſlatio ſancti Iſidori.oratio.

PRotegat nos q̄ſumus dn̄e beati Iſidori cōfeſſoris tui:atq; pōtificis interceſſio glorioſa:vt cuius ſum⁹ illuminati doctrinis: eius ſemper muniamur auxilijs.Per dominum. Sacra.

Sancti tui q̄s dn̄e nos vbiq; lętificent:vt dum eoꝝ merita recolimus:patrocinia ſentiamus.per dominum. Poſt com.

Pręſta q̄s op̄s deus:vt de perceptis muneribus gratias exhibentes:intercedente beato Iſidoro confeſſore tuo atq; pontifice beneficia potiora ſumamus.per dominum.

De ſancto Stephano.oratio.

DA nobis q̄s domine imitari quod colimus:vt diſcamus & inimicos diligere:quia eius natalicia celebramus:qui nouit etiā pro perſecutoribus exorare.dn̄m noſtrum. Sacra

Suſcipe dn̄e munera ꝓ tuoꝝ cōmemoratiōe ſanctoꝝ: vt ſicut illos paſſio gl'ioſos fecit:ita nos deuotio reddat innocuos.p. Sacra.

Suſcipe munera dn̄e:q̄ in eius tibi ſolēnitate deferimus: cui⁹ nos confidimus patrocinio liberari.per. Poſt cōmu.

Auxilientur nobis domine ſumpta myſteria:& intercedēte beato Stephano prothomartyre tuo:ſempiterna nos ꝓtectione cōfirment.Per dominum.

Sancti Ioannis euangeliſtę.oratio.

ECcleſiā tuā dn̄e benignus illuſtra:vt beati Ioānis apl'i tui & euangeliſtæ illuminata doctrinis:ad dona perueniat ſempiterna.per dominum. Poſt commu.

Refecti cibo potuq; cęleſti de⁹ nr̄:te ſupplicit' depcamur:vt in cui⁹ ęc cōmemoratiōe pcepim⁹:eius muniamur & precibus.p dn̄m.

Sanctorum Innocentium.oratio.

DEus cuius hodierna die pręconiū innocētes martyres non loq̄ndo ſed moriendo confeſſi ſunt:omnia in nobis vitiorū mala mortifica:vt fidem tuam quā lingua noſtra loquitur:etiam moribus & vita fateatur.per dominum.

Sancti Siluéſtri.Oratio.

DA quęſumus omnipotẽs deus:vt beati Siluéſtri confeſſoris tui atq; pontificis veneranda ſolẽnitas:et deuotionẽ nobis augeat et ſalutem.per dominum noſtrum.

Sanctæ Columbæ.oratio.

INdulgẽtiam nobis domine beata Columba virgo et martyr imploret;quæ tibi grata ſemper extitit;et merito caſtitatis & tuæ profeſſione virtutis.per dominum.

Sancti Hilarij.oratio.

DEus cuius miſeratione delinquentes incitantur ad veniam: iuſti tranſferunt̃ ad palmã:q infuſus in corde beati Hilarij antiſtitis quaſi de templo fidei reſponſa dediſti ;concede ꝓpicius. vt qui tuum inclytum confeſſorem feciſti Cęſarem non timere: interceſſiore eius ab ſpeciali hoſte plębem protegas obſecrantẽ; vt cuius in ſolẽnitate tripudiat:eius ſit fida p̃ce defenſa.per.

Marthæ virginis.oratio.

EXaudi domine populũ cum ſanctoꝝ tibi patrocinio ſupplicantem;vt tẽporalis vitæ nos tribuas pace gaudere:& ęternæ ſperare ſubſidium.per dominum. Sacra.

Suſcipe & ſanctifica Adonai deus hoc munus oblatũ:& cõcede; vt ad ſalutẽ noſtrã caro & ſanguis fiat filij tui/meritis illius;q̃ illũ gratanter hoſpitio ſuſcepit dñm nrm̃.Qui. Poſt cõ.

Quæſumus omnipotens deus:vt pijs ſacramentis q̃ ſumpſimꝰ: & meritis beatę Marthę filij tui hoſpitę:hic & in futuro viuamꝰ. Per eundem dominum noſtrum Ieſum.

Sanctorum Fabiani & Sebaſtiani.oratio.

INfirmitatẽ noſtrã reſpice omp̃s deus:& quia pondus proprię actionis grauat beati Fabiani martyris tui atq; pontificis interceſſio glorioſa nos protegat.per. Alia oratio.

Deus q beatũ Sebaſtianũ martyrẽ tuũ virtute cõſtãtię in paſſione roboraſti:ex eius nobis imitatiõe tribue ꝓ amore tuo:proſpera mundi deſpicere:& nulla eius aduerſa formidare.per.

Sanctæ Agnes,oratio,

OMnipotẽs ſempiterne deus q infirma mundi elegis:vt fortia queq; confundas:concede ꝓpicius:vt qui beatæ Agnes virginis & martyris tuę ſolẽnia colimus;eius apud te patrocinia

ſentiamus.per dominum. Sacra.

Hoſtias tibi domine quas offerimus propicius reſpice:& intercedente beata Agnete virgine & martyre tua:vincula peccatorum noſtrorum abſolue.per dominum. Poſt commu.

Refecti cibo potuq̧ cęleſti de⁹ nr̄ te ſuppliciter exoram⁹:vt in cui⁹ hæc cōmemoratione ꝑcepimus:eius muniamur & pręcibus.per.

Sancti Vincentij.oratio.

ADeſto domine ſupplicationibus noſtris:vt qui ex iniquitate noſtra reos nos eſſe cognoſcimus:beati Vincētij martyris tui interceſſione liberemur.per dominum.

Conuerſio ſancti Pauli.oratio.

DEus qui vniuerſum mundum beati Pauli apoſtoli prędicatione docuiſti,da nobis q̄s:vt qui eius hodie conuerſionem colimus:per eius ad te exempla gradiamur.per.

In feſto Purificationis.oratio.

OMp̄s ſempiterne deus:maieſtatem tuam ſupplices exoramus:vt ſicut vnigenitus filius tuus hodierna die cum nr̄æ carnis ſubſtantia in templo eſt præſentatus:ita nos facias purificatis tibi mentibus præſentari.per dominum.

Sanctæ Agathæ.oratio.

DEus q̄ inter cętera potentię tuę miracula etiam ſexu fragili victoriā martyrij contuliſti:concede propicius;vt qui beatę Agathæ martyris tuæ natalicia colimus per eius ad te exempla gradiamur.per dominum.

Scholaſticæ virginis.oratio.

FAmiliam tuam q̄ſ domine beatæ virginis tuę Scholaſticæ meritis propicius reſpice:vt ſicut ad obtinendum ipſius precibus quod cupiuit,imbrem cælitus deſcendere feciſti:ita eius ſupplicationibus ariditatem noſtri cordis ſupernæ digneris gr̄æ rore profundere.per dominum.

Cathedrę ſancti Petri.oratio.

DEus qui beato Petro apoſtolo tuo collatis clauibus regni cęleſtis animas ligandi atq̧ ſoluendi pontificium tradidiſti;cōcede vt interceſſionis eius auxilio à peccatorum noſtrorū nexibus liberemur.per dominum.

Sancti Matthiæ.oratio.

DEus qui beatum Matthiam apoſtolorum tuorum collegio ſociaſti;tribue q̄s:vt eius interuentione tuæ circa nos pietatis ſemper viſcera ſentiamus.per. Sacra.

Deus qui proditoris apoſtatæ ruinā ne apoſtolorum tuorū numerus ſacratus perfectione careret;beati Matthiæ apl̄i electione ſuppleſti: præſentia munera ſanctifica; & per ea nos gratię tuæ virtute confirma.per dn̄m.

Sancti Gregorij,oratio.

DEus q̄ nos beati Gregorij cōfeſſoris tui atq; pōtificis annua ſolēnitate lætificas; concede propicius; vt cuius opere atq; doctrina ſcripturæ tuæ myſteria multa cognouimus,eius apd' te ſemper patrocinia ſentiamus.per.

Tranſitus ſancti Benedicti, oratio.

OMnipotens ſempiterne deus;qui hodierna die carnis eductum de ergaſtulo beatiſſimū confeſſorē tuū Benedictum ſubleuaſti ad cælum;concede q̄ſumus;hæc feſta tuis famulis celebrantibus cunctorum veniā peccatorum; vt qui exultantibus animis eius claritate congaudent;ipſo apud te interueniēte conſocientur & meritis.per dominum.

Annunciatio ſanctæ Mariæ.oratio.

DEus qui de beatæ Mariæ virginis vtero verbum tuum angelo nunciante carnem ſuſcipere voluiſti;præſta ſupplicibus tuis;vt qui vere eā dei genitricē credimus;eius apd' te interceſſionibus adiuuemur.per eundem dn̄m. Alia oratio.

DEus qui hodierna die verbum tuum beatæ Mariæ virginis aluo coadunare voluiſti;fac nos hæc ſacramēta ita peragere;vt tibi placere valeamus.per dominum.

Marci euangeliſtæ.oratio.

DEus qui nos beati Marci euangeliſtæ concedis natalicio perfrui;da eccleſiæ tuæ quæſumus;& amare quod credidit; & prædicare quod docuit.per.

In die apl'orū Philippi & Iacobi.oratio.

DEus qui nos annua apoſtolorum tuorum Philippi & Iacobi ſolemnitate lætificas;præſta q̄ſumus;vt quorum gaudemus meritis inſtruamur exemplis.per dominum.

Inuentionis ſanctę Crucis.oratio.

DEus qui in prȩclara ſalutiferȩ crucis inuentione; paſſionis tuȩ miracula ſuſcitaſti:concede/vt vitalis ligni p̄cio;ȩternæ vitæ ſuffragia conſequamur. Qui viuis & regnas.

Ioannis ante portam latinam. oratio.

DEus q̄ cōſpicis quia nos vndiq; mala nr̄a p̄turbās prȩſta q̄s: vt beati Ioānis apl̄i tui interceſſio gl̄ioſa nos p̄tegat. Qui.

Michaelis archangeli. oratio.

DA nobis omnipotens deus beati archangeli tui Michaelis eatenus honore proficere: vt cuius in terris gloriā prȩdicamus: eius precibus adiuuemur in cælis. per dominum.

Nerei & Achilei & Pancracij. oratio.

SEmper nos domine martyrum tuorū Nerei & Achilei atq; Pancracij foueat quȩſumus domine beata ſolemnitas: & tuo dignos reddat obſequio. per.

Sancti Medardi confeſſoris. oratio.

EXaudi dn̄e preces nr̄as & interueniēte bt̄o cōfeſſore tuo atq; pontifice Medardo: ſupplicationes nr̄as placat⁹ intēde. p.

Primi & Feliciani. oratio.

FAc nos dn̄e ſc̄tor̄ Primi & Feliciani feſta deuotis mētib⁹ celebrare; atq; eor̄ ſuffragijs ſuffulti/p̄tectiōis tuȩ dōa ſentiam⁹. p.

Barnabæ apoſtoli. oratio.

SAncti Barnabæ apoſtoli tui nos q̄s domine ſolemnitas tueat̄: quia tanto fiducialius tuo nomine ſupplicamus; quanto frequentius apoſtolorum confouemur exemplis. per do.

In vigilia ſancti Ioannis baptiſtȩ. oratio.

PRæſta quȩſumus omnipotens deus: vt familia tua per viam ſalutis incedat: & beati Ioānis præcurſoris hortamēta ſectando: ad eū quē prȩdixit ſecura mente perueniat. per dominum.

In die. oratio.

DEus q̄ præſentē diē honorabilē nobis in beati Ioānis natiuitate feciſti, da famulis tuis ſpiritualiū gr̄a gaudiorum: & oim fideliū mētes dirige in viā ſalutis æternæ. per dominum.

Ioannis & Pauli martyrum. oratio.

QVæſumus omnipotēs deus: vt nos geminata lætitia hodiernæ feſtiuitatis excipiat: quæ de beatorum Ioannis & Pauli glorificatione procedit/quos eadē fides & paſſio vere fe-

cit eſſe germanos.per dominum.

In vigilia apoſtolorum Petri & Pauli.oratio.

DEus qui apoſtolorum tuorum Petri & Pauli nobis glorio-ſa natalicia pręire concedis:tribue q̃s:eorum nos ſemper & beneficijs præueniri:& orationibus adiuuari.per.

In die.Oratio.

DEus qui hodiernã diẽ apłorum tuorũ Petri & Pauli marty rio conſecraſti:da q̃s eccleſiæ tuæ in omnibus ſequi p̄cep-tum;per quos religionis ſumpſit exordium.per dominum.

Commemoratio ſancti Pauli.oratio.

DEus qui multitudinem gentium beati Pauli apoſtoli tui p̄-dicatione docuiſti:da nobis;vt cuius natalicia colimus eius apud te patrocinia ſentiamus.per dominum.

Eodem die ſancti Martialis.oratio.

DEus qui venerabilẽ beati Martialis confeſſoris tui atq; pon tificis feſtiuitatẽ ſolemniter reuertẽtem pp̃ło tuo dedicaſti: concede nobis;vt quod in eius honore depoſcimus;eo ſuffragã-te conſequi mereamur.per dominum noſtrum.

Sanctorũ martyrũ Proceſſi & Martiniani.oratio.

DEus qui nos ſanctorũ tuorum Proceſſi & Martiniani con-feſſionibus glorioſis circundas & protegis:da nobis & eorũ imitatione proficere:& interceſſione gaudere.per dominum.

Tranſlatio ſancti Martini.oratio.

OMp̃s & miſericors de⁹:q̃ inter cętera miracula ſancti con-feſſoris tui Martini etiã in die tranſlationis ſacri corp̃is illi⁹ angelicã reuelationẽ populo tuo demonſtraſti:p̄ſta nobis petenti bus huius patroni ſuffragantibus meritis:vt ea q̃ ſunt placita di-gno affectu et deuotis mentibus exequamur.per.

Octaua die apoſtolorum Petri & Pauli.oratio.

DEus cui⁹ dextera beatũ Petrũ apłm ambulantẽ in fluctibus ne mergeretˉ erexit:& coapoſtolũ eius Paulũ tertio naufra gantẽ de profundo pelagi liberauit;exaudi nos propicius & con cede:vt ambo⁊ meritis ęternitatis gloriã conſeq̃mur.per do.

Mariæ magdalenæ.Oratio.

LArgire nobis clæmentiſſime pater:quod ſicut beata Maria Magdalena dominum noſtrum Ieſum chriſtũ ſuper omnia

diligendo ſuorum obtinuit veniã peccaminũ:ita nobis apđ miſe-
ricordiã tuã ſempiternã impetret beatitudinem.per.

Iacobi apoſtoli.oratio.

ESto domine plæbi tuæ ſanctificator & cuſtos:vt apoſtoli tui Iacobi munita præſidijs.& conuerſatione tibi placeat:& ſecura mente deſeruiat.per dominum noſtrum.

Sanctorum martyꝝ Simplicij;Fauſtini & Beatricis.orõ.

PRæſta quæſumus domine:vt ſicut populus chriſtian⁹ martyrum tuorum Simplicij;Fauſtini & Beatricis:tpali feſtiuitate congaudet:ita perfruatur æterna;& quod votis celebrat;cõpræhendat effectu.per dominum.

In vincula ſancti Petri.oratio.

DEus qui beatum Petrum apoſtolum à vinculis abſolutum: illeſum abire feciſti:noſtrorum q̃s abſolue vincula peccatorum,& omnia mala nobis propiciatus auerte.per dominum.

Stephani,Gamalielis;& Nicomedi. Oratio.

DEus qui nos annua præclarę inuentionis ſanctorum tuorũ Stephani;Gamalielis;Nicomedi:atq; Abibonis ſolemnitate læuticas:præſta q̃s:vt quos in cæleſti gloria ſublimatos miraculis in terra decoraſti:apud paternam pietatis tuæ clæmentiã interceſſores ſemper habere mereamur.per.

Sixti papæ.oratio.

DEus qui conſpicis quia ex nulla noſtra virtute ſubſiſtimus: concede propicius:vt interceſſione beati Sixti martyris tui atq; pontificis contra omnia aduerſa muniamur.per.

In die Transfigurationis dñi noſtri Ieſu Chriſti.oratio.

DEus qui vnigenitum tuum hodierna die mirabiliter trãſformatum cęlitus vtriuſq; teſtamenti patribus reuelaſti:da nobis q̃ſumus beneplacitis tibi actibus ad eius ſemper contemplãdam pertingere gloriam:in quo tuæ paternitati optime cõplacuiſſe teſtatus es.per eundem.

De ſancto Laurentio.oratio.

DA nobis q̃s omnipotens deus vitiorum noſtrorum flammas extinguere;qui beato Laurentio martyri tuo tribuiſti tormentorum ſuorum incendia ſuperare.per.

Tiburtij martyris.oratio.

BEati Tiburtij nos domine foueant cõtinua præſidia:quia nõ deſinis propicius intueri;quos talibus auxilijs cõceſſeris adiuuare.per dominum.

In vigilia aſſumptionis beatæ Mariæ.oratio.

DEus qui virginalem aulam beatæ Mariæ in qua habitares eligere dignatus es:da q̃s:vt ſua nos defenſione munitos: iucundos faciat ſuæ intereſſe feſtiuitati.Qui viuis. Sacra.
Munera noſtra dñe apud clęmentiã dei genitricis commendet oratio:quã iccirco de pręſenti ſęculo tranſtuliſti:vt ꝓ peccatis nr̃is apud te fiducialiter intercedat.per. Poſt com.
Concede q̃s omnipotens deus fragilitati noſtræ præſidiũ:vt qui ſanctę dei genitricis requiẽ celebramus:interceſſionis ei⁹ auxilio à noſtris iniquitatibus reſurgamus.per eundem.

In die.oratio.

VEneranda nobis domine huius diei feſtiuitas opẽ conferat ſalutarem:in qua ſancta dei genitrix mortẽ ſubijt tpalem: nec tamẽ mortis nexibus deprimi potuit:q̃ filium tuũ dominum noſtrum de ſe genuit incarnatum.Qui. Sacra.
Subueniat domine plębi tuę genitricis oratio:quã & ſi pro cõdicione carnis migraſſe cognoſcimus;in cęleſti gloria ꝓ nobis apud te orare ſentiamus.per eundem. Poſt commu.
Menſę cęleſtis participes effecti imploram⁹ clęmentiã tuã domine deus nr̃:vt q feſta ſanctæ dei genitricis colimus:à cunctis malis imminẽtibus eius interceſſionibus liberemur.per eundem.

Octaua die ſancti Laurentij.oratio.

BEati Laurentij quæſumus domine nos faciat paſſio venerãda lętantes:& vt eam ſufficienter recolamus:dignos efficiat. Per dominum noſtrum. Sacra.
Beati Laurẽtij martyris tui honorabilẽ paſſionẽ munerib⁹ domine geminatis exeqmur;q̃ licet ꝓprijs ſit memorãda principijs:indeſinenter tamẽ permaneat glorioſa.per do. Poſt commu.
Solemnis domine nobis interceſſio beati Laurentij martyris tui quæſumus præſtet auxilium:vt cæleſtis menſæ participatio quã ſumpſimus;tribuat eccleſiæ tuæ recenſitam læticiam. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.

Agapiti martyris.oratio.

LAetetur eccleſia tua deus beati Agapiti martyris tui confiſa ſuffragijs: atq; eius precibus glorioſis; & deuota permaneat; & ſecura conſiſtat, per dominum.

Octaua ſanctæ Mariæ, oratio.

FAmulorum tuorum quæſumus domine delictis ignoſce; vt qui tibi placere de actibus noſtris nō valemus: genitricis filij tui domini noſtri interceſſione ſaluemur. per eundem.

Timothei & Simphoriani, oratio.

BEnedictio tua domine impleat corda fideliū; taleſq; efficiat: qui et martyrum tuorum Timothei et Simphoriani paſſionem honorificent: et remedia ſalutis æternæ eorundem patrocinantibus meritis aſſequantur, per dominum.

Bartholomei apoſtoli, oratio.

OMp̄s ſempiterne de⁹: q̄ huius diei venerādā ſctāmq; lęticiā: in beati apl̄i tui Bartholomei feſtiuitate tribuiſti: da eccleſię tuæ q̄s; id amare q̄d credidit: et p̄dicare q̄d docuit, per dominū.

Auguſtini epiſcopi. Oratio.

ADeſto ſupplicationibus noſtris omnipotēs deus: et quibus fiduciam ſperandę pietatis indulges: intercedēte beato Auguſtino confeſſore tuo atq; pontifice; cōſuetę miſericordię tribue benignus effectum, per dominum.

Herini atq; Iuliani, oratio.

DEus qui beatos martyres tuos Herinum atq; Iulianū virtute conſtantiæ in paſſione roboraſti: ex eorum nobis imitatione tribue pro amore tuo proſpera mundi deſpicere; et nulla eius aduerſa formidare, per dominum.

Decollatio ſancti Ioannis baptiſtæ. oratio.

SAncti Ioannis baptiſtę & martyris tui dn̄e q̄s veneranda feſtiuitas; ſalutaris auxilij nobis preſtet effectum, per dn̄m.

Felicis & Adaucti, oratio.

MAieſtatem tuā ſupplices deprecamur: vt ſicut nos iugiter ſanctorum tuorum Felicis et Adaucti commeratione lętificas; ita ſemper ſupplicatione defendas.

Egidij abbatis, Oratio.

PRætende nobis domine miſericordiam tuam: et beati Egidij abbatis interceſſio: cuius nos dediſti patrocinijs adiuuari; tri-

bue;vt maieſtatem tuam iugiter exoret pro nobis, per dominū.

Antonini, Oratio.

OMp̄s ſempiterne deus;fideliū indeficiens conſeruator; qui glorioſi martyris tui Antonini clarificare dignatus es ſolē-nitatē;exaudi preces ſupplicantis eccleſię et pręſta;vt quod deuo te expetit;eo ſuffragante conſequi mereatur.per.

Natiuitatis ſanctæ Mariæ virginis, oratio.

SVpplicationē ſeruorū tuorū deus miſerator exaudi;vt qui in natiuitate dei genitricis Mariæ congregamur;eius interceſſio nibus à te de inſtantibus periculis eruamur.per. Sacra.

Vnigeniti tui dn̄e nobis ſuccurrat humanitas; vt qui natus de virgine;matris integritatē non minuit;ſed ſacrauit; in natiuitatis eius ſolemnijs à noſtris nos piaculis exuens;oblationem noſtrā ſibi faciat acceptam. Qui tecum, &c. Poſt com.

Sumpſimus dn̄e celebritatis annuę votiua ſacramēta;p̄ſta q̄s; vt temporalis nobis vitæ remedia præbeant et æternæ.per.

Hadriani martyris, Oratio.

COncede q̄ſumus omnipotēs deus;vt ſancti Hadriani martyris tui;ſociorumq; eius veneranda feſtiuitas ſalutaris auxilij præſtet augmentum.per dn̄m noſtrum.

Exaltatio ſanctæ Crucis, oratio.

DEus q nos hodierna die exaltatiōis ſanctę crucis ānua ſolē-nitate lętificas;p̄ſta q̄s;vt cui9 myſteriū in terra cognouim9; eius redēptiōis p̄mia conſequi mereamur.p eundem. Sacra.

Ieſu xp̄i dn̄i noſtri corpe & ſanguine ſignati;p quē crucis eſt ſan-ctificatū vexillū; q̄s dn̄e deus nr̄;vt ſicut illā adorare meruimus; ita pemnitatis eius gl'ia ſalutari potiamur effectu.p eū. Poſt cō.

Quæſumus omnipotens deus;vt quos diuina facis participatione gaudere;humanis non ſinas ſubiacere periculis.per.

Sanctoꝝ martyꝝ Cornelij et Cypriani, oratio.

INfirmitatem noſtram quęſumus domine propicius reſpice;et omnia mala q̄ iuſte meremur;ſanctorū martyrū tuorū Cornelij et Cypriani interceſſionibus auerte.per dn̄m.

Sancti Nicomedis, oratio.

ADeſto domine populo tuo; vt beati Nicomedis martyris tui merita præclara venerantes;ad impetrandā miſericor-

diam tuam ſemper eius patrocinijs adiuuemur.per dominum.

In vigilia ſancti Matthæi apoſtoli.oratio.

DA q̃s om̄ps deus:vt beati Matthæi apoſtoli tui & euangeliſtæ:quam præuenimus:veneranda ſolemnitas:& deuotionem nobis augeat & ſalutem.per dñm.

In die.oratio.

BEati Matthæi apoſtoli tui & euãgeliſtæ q̃s dñe p̃cib⁹ adiuuemur:vt quod poſſibilitas noſtra non obtinet eius nobis intercesſione donetur.per dñm. Sacra.

Supplicationib⁹ apoſtoli tui Matthæi & euãgeliſtæ qm̄s dñe:tuæ eccleſiæ oblatio accepta reddatur:atq; magnificis eius p̃dicationibus ſemp erudiatur & deuota pmaneat.p dñm.

Mauricij,Exuperij,Innocẽtij martyrꝝ.orõ.

DEus q̃ es omniũ ſanctorũ tuorũ ſplẽdor mirabilis:quiq; hũc diẽ in honore btõꝝ martyꝝ tuoꝝ Mauricij:Exuperij:Cãdidi, Victoris;Innocẽtij,& Vitalis ſociorũq; eorũ martyrio conſecraſti:da eccleſiæ tuæ de eorum lætari ſolẽnitate:vt apd miſericordiam tuã exemplis eorum & meritis adiuuemur.p dñm.

Coſmæ & Damiani.oratio.

PRæſta q̃s op̄s deus:vt qui ſanctorum martyrum tuorũ Coſmæ & Damiani natalicia colimus:á cunctis malis imminentibus:eorum intercesſionibus liberemur.per dñm.

Sancti Michaelis archangeli oratio.

DEus q̃ miro ordine angelorũ miniſteria hominũq; diſpenſas:cõcede propicius:vt á qbus tibi miniſtrãtib⁹ in cęlo ſemp aſſiſtitur ab his in terra vita noſtra muniatur.per. Sacra.

Hoſtias tibi dñe laudis offerim⁹:ſuppliciter deprecãtes:vt eaſdẽ angelico pro nobis interueniẽte ſuffragio:& placatus accipias:& ad ſalutem noſtram peruenire cõcedas.p. Poſt com.

Beati archangeli tui Michaelis interuẽtione ſuffulti:ſuppliciter te dñe deprecamur:vt quod ore proſeqmur contingamus & mente.per dñm noſtrum.&c.

Sancti Hieronymi.oratio.

SAncti nos domine Hieronymi natalicia votiua letificēt:& ſuę beneficijs interceſſionis attollant. Per dominum.

Remigij & Germani & Vedaſti. oratio.

EXaudi dñe pplm tuū & ſctōrū cōfeſſorū tuorum Remigij,& Germani, et Vedaſti antiſtitū ſolemnia celebrātes: tpalis vitę nos tribue pace gaudere: & ęternū reperire ſubſidiū. p dñm.

Sancti Franciſci confeſſoris. oratio.

DEus qui eccleſiā tuā beati Frāciſci meritis fœtu nouę prolis amplificas: tribue nobis ex eius imitatione terrena deſpicere: & cęleſtium donorum ſemper participatione gaudere. p.

Marci papæ. oratio.

EXaudi domine pces noſtras: & interueniente beato Marco confeſſore tuo atq pontifice: ſupplicationes noſtras placatus intende. per dominum noſtrum Ieſum chriſtum.

Calixti papæ, oratio.

DEus qui nos conſpicis ex nr̄a infirmitate deficere: ad amorem tuum nos miſericorditer per ſanctorum tuorū exēpla reſtaura. per dominum noſtrum Ieſum chriſtum.

Lucæ euangeliſtæ. oratio.

INterueniat pro nobis dñe q̄s ſanctus Lucas euangeliſta: q crucis mortificationē iugiter in ſuo corpore p tui nominis amore portauit. per dominum noſtrum Ieſum. Sacra.

Donis cæleſtibus da nobis domine q̄s libera tibi mēte ſeruire: vt munera q̄ deferimus: interueniēte beato euāgeliſta tuo Luca & medelā nobis operentur & gloriam. per. Poſt com.

Repleti dñe bñdictiōe cęleſti: ſuppliciter exoramus: vt qd' fragili celebram⁹ officio: beati Lucę euangeliſtæ tui nobis pdeſſe ſeruiamus auxilio. per dominum noſtrum Ieſum xp̄m.

In feſto vndecim milliū virginū. oratio.

QVęſumus om̄s deus: qui nos beatarū virginū & martyrū annua ſolēnitate lętificas: tu pijs precibus nr̄orum pctōrum remiſſionē tribue: quatenus recto tramite ad perpetuā beatitudinem mereamur fœliciter peruenire. per dominum.

In vigilia aplōꝝ Simonis & Iudę. oratio.

COncede quęſumus omnipotens deus: vt ſicut apoſtolorum tuorū Simonis & Iudę glorioſa natalicia præuenimus: ſic ad

tua beneficia promerēda maieſtatem tuam pro nobis ipſi pręueniant. Per dominum noſtrum. &c.

In die, oratio.

DEus qui beatos apłos tuos Simonē & Iudā ad agnitionē tui nominis venire tribuiſti: da nobis eorꝝ gloriā ſempiternā & proficiēdo celebrare: & celebrādo proficere. p. Poſt cō.

Perceptis domine ſacramētis ſupplices te rogamus: vt intercedentibus beatis apłis tuis Simone & Iuda: q̄ pro illorū venerāda gerimus paſſione; nobis proficiant ad medelam. per dominum.

In vigilia Omniū ſanctorum. oratio.

DOmine deus noſter multiplica ſuper nos gratiam tuam: & quorū præuenimus gł̄ioſa ſolēnia; tribue ſubſequi in ſancta profeſſione læticiam. per dominum noſtrum. Sacra.

Altare tuū dn̄e muneribus cumulamus oblatis; da q̄s vt ad ſalutem noſtrā omniū ſanctorū tuorū dep̄cationes proficiāt: quorū ſolemnia ventura p̄currimus. per dn̄m noſtrum. Poſt com.

Sacramentis domine: & gaudijs optata celebritate expletis; quęſumus; vt eorum precibus adiuuemur: quorum recordationibus exhibemur. per dominum.

In die. Oratio.

OMnipotens ſempiterne deus: qui nos omnium ſanctorum merita ſub vna tribuiſti celebritate venerari: quæſum⁹; vt deſideratam nobis tuæ propiciationis abundātiam: multiplicatis interceſſoribus largiaris. per.

In commemoratione fidelium defunctorum. oratio.

FIdeliū deus omniū conditor & redēptor animabus famulorꝝ famularūq; tuarū remiſſionē cunctorū tribue peccatorū: vt indulgentiā quā ſemper optauerunt pijs ſupplicationibus conſequantur. Qui viuis & regnas. &c. Sacra.

Hoſtias q̄s dn̄e quas tibi pro animabus famulorum famularūq; tuarū offerimus: propiciatus intende; vt quibus fidei xp̄ianę meritum contuliſti: dones & præmium. per. Poſt com.

Animabus q̄s domine famulorum famularumq; tuarum omniumq; fidelium defunctorum oratio proficiat ſupplicantium: vt eas & á peccatis omnibus exuas: & tuę redemptionis facias eſſe participes. Qui viuis & regnas.

Sanćti Theodori martyris.oratio.

DEus qui nos beati Theodori martyris tui confeſſione glorioſa circũdas & protegis: pręſta nobis eius imitatione proficere: & oratione fulciri. per dominum noſtrum.

In feſto quattuor coronatorum. oratio.

PRęſta q̃ſumus omnipotens deus: vt qui glorioſos martyres tuos fortes in ſua confeſſione cognouimus; pios apud te in noſtra interceſſione ſentiamus. per dominum.

Sanćti Martini epiſcopi. oratio.

DEus qui conſpicis quia ex nulla noſtra virtute ſubſiſtim⁹: cõcede propici⁹: vt interceſſiõe beati Martini cõfeſſoris tui atq; pontificis contra omnia aduerſa muniamur. per. Sacra.

Da miſericors deus; vt hęc nos ſalutaris oblatio; intercedẽte btõ Martino confeſſore tuo atq; pontifice; & á proprijs reatib⁹ indeſinenter expediat: & ab oĩbus tueat̃ aduerſis. per. Poſt cõ.

Præſta q̃s domine deus noſter; vt cuius feſtiuitate votiua ſunt ſacramenta; eius interceſſione nobis ſalutaria reddantur. per.

Sanćti Bricij epiſcopi. oratio.

DA quæſumus omnipotens deus: vt beati Bricij confeſſoris tui atq; pontificis veneranda ſolemnitas & deuotionẽ nobis augeat & ſalutem. Per dominum noſtrum.

Sanćtæ Eliſabeth. oratio.

TVorum corda fideliũ deus miſerator illuſtra; & beatæ Eliſabeth precibus glorioſis fac nos proſpera mundi deſpicere; & cæleſti ſemper conſolatione gaudere. per dominum.

Sanćtæ Ceciliæ virginis. oratio.

DEus qui nos annua beatę Cecilię virginis & martyris tuæ ſolemnitate lętificas; da vt quam veneramur officio; etiam piæ conuerſationis ſequamur exemplo. per dominum.

De ſanćto Clęmente. oratio.

DEus qui nobis ãnua beati Clęmẽtis martyris tui atq; pontificis ſolemnitate lętificas: concede propicius: vt cuius natalicia colimus: virtutem quoq; paſſionis imitemur. per.

Sanćtæ Catharinæ virginis. oratio.

DEus qui dediſti legem Moyſi in ſummitate montis ſynai: & eodẽ loco corpus beatę Catharinę virginis & martyris tuæ

per ſanctos angelos tuos mirabiliter collocaſti:cõcede propicius: vt eius meritis et interceſſione ad montẽ qui xp̃s eſt;valeamus peruenire.per eundem dñm noſtrum.

De ſancta Cruce.oratio.

DEus qui vnigeniti filij tui dñi noſtri Ieſu xp̃i precioſo ſanguine viuificę Crucis vexillũ ſanctificare voluiſti:concede q̃umus:eos qui eiuſdẽ ſanctæ Crucis gaudẽt honore:tua quoq; vbiq; protectione gaudere.per dominum.

Alia oratio de Cruce tempore reſurrectionis.

DEus q̃ pro nobis filiũ tuũ Crucis patibulũ ſubire voluiſti: vt inimici à nobis expelleres poteſtatẽ:concede nobis famulis tuis:vt reſurrectionis gratiã conſeq̃mur.p. Sacra.

Purifica nos miſericors deus:vt eccleſiæ tuę preces:q̃ tibi gratæ ſunt:pia munera deferentes:fiant expiatis mentibus gratiores.p dominum noſtrum. Poſt commu.

Largire ſenſibus noſtris op̃s de⁹:vt per temporalẽ filij tui mortem:quã myſteria veneranda teſtant̃:vitam nobis te dediſſe ppetuam confidamus.per eundem dñm noſtrum.

Beatæ Mariæ,Oratio.

DEus qui ſalutis æternæ beatæ Marię virginitate fœcunda humano generi præmia præſtitiſti:tribue quæſumus : vt ipſam pro nobis intercedere ſentiamus:per quã meruimus autorem vitæ ſuſcipere Dominum noſtrum Ieſum chriſtum filiũ tuum.Qui tecum.&c.

Alia oratio.

COncede nos famulos tuos q̃ms dñe deus perpetua mentis & corpis ſalute gaudere:& glorioſa beatę Mariæ ſemper virginis interceſſione à præſenti liberari triſtitia: & æterna perfrui læticia.per dñm.&c. Sacra.

Tua dñe propiciatione:& beatæ Marię ſemper virginis interceſſione:ad perpetuam atq; præſentem hæc oblatio nobis proficiat proſperitatem & pacem.per dominum noſtrum. Poſt com.

Sumptis dñe ſalutis noſtræ ſubſidijs:da quęſumus beatę Marię ſemper virginis nos patrocinijs vbiq; protegi:in cuius veneratione hæc tuæ obtulimus maieſtati.per dñm.

De omnibus ſanctis.oratio.

COncede q̄ſumus omnipotens deus:vt interceſſio nos ſanctę dei genitricis ſemperq; virginis Mariæ: ſanctorumq; omnium:cęleſtium virtutum:& beatorū patriarcharū:p rophetarum: apoſtolorum;martyrum:confeſſorum:atq; virginum;& omnium electorum tuorum vbiq; lętificet:vt dum eorū merita recolimus: patrocinia ſentiamus.per dominum noſtrum.

Alia oratio de omnibus ſanctis.

ACunctis nos q̄s domine mentis & corporis defende periculis:& intercedente Dei genitrice Maria: & beatis apoſtolis tuis Petro & Paulo atq; Dominico:cum omnibus ſanctis ſalutem nobis tribue benignus & pacem: vt deſtructis aduerſitatibus & erroribus vniuerſis.;eccleſia tua ſecura tibi ſeruiat libertate. Per eundem dominum.

Sacra.

Mundet & muniat nos q̄ms domine diuini ſacramenti munus oblatum;& intercedēte beata dei genitrice Maria:& beatis apoſtolis tuis Petro & Paulo atq; beato Dominico cū omnibus ſanctis; à cunctis nos reddas & peruerſitatibus expiatos;& aduerſitatibus expeditos.per eundem.

Pro quacunq; neceſſitate.oratio.

INeffabilem miſericordiā tuā dn̄e nobis clęmenter oſtende;vt ſimul nos á peccatis omnibus exuas;& à pœnis quas pro his meremur eripias.per dominum.

Poſt commu.

Præſta q̄s dn̄e:vt æternis affectibus expiati:ad ſuperni plenitudinem ſacramenti:cui⁹ libauim⁹ ſancta:tendamus.p dn̄m.

Pro Papa.Oratio.

DEus omniū fideliū paſtor & rector:famulū tuū.N.quē paſtorē eccleſiæ tuæ p̄eſſe voluiſti:propicius reſpice;da ei q̄s: verbo & exēplo quibus p̄eſt proficere: vt ad vitā vna cū grege ſibi credito proficiat ſempiternam.per dn̄m noſtrum.

Pro tribulatione Eccleſię.oratio.

ECcleſię tuę dn̄e p̄ces placat⁹ admitte:vt deſtructis aduerſitatibus & erroribus vniuerſis:ſecura tibi ſeruiat libertate.p.

Pro peccatis.oratio.

EXaudi quæſumus domine ſupplicum p̄ces & confitentium: tibi parce peccatis:vt pariter nobis indulgentiā tribuas benignus & pacem.Per dominum noſtrum.

## Pro Prædicatoribus.oratio.

CORda famulorũ tuorũ dñe illumina ſpirituſſancti gratia:& ignitum eis colloquium dona:& qui tuũ prędicãt verbum; largire virtutis augmentum.per. Sacra.

Famulis tuis dñe verbũ tribue gratioſum:& munera oblata ſanctificãs/corda eoꝝ in ſalutari tuo q̃s viſita.per. Poſt cõ.

Conſerua domine famulos tuos vnigeniti tui corpore & ſanguine ſuſcepto:& tuũ nunciantibus verbũ largitatẽ tribue gratiarũ. Per dominum noſtrum.

## Pro Familiaribus.oratio.

DEus qui charitatis dona per gratiã ſancti ſpũs tuorũ cordibus fidelium infudiſti:da famulis & famulabus tuis;ꝓ quibus deprecamur tuam clęmentiam ſalutem mentis & corporis: vt te tota virtute diligant:& quæ tibi placita ſunt tota dilectione perficiant.Per dominum.

## Pro Pace.oratio.

DEus á quo ſancta deſideria:recta cõſilia:& iuſta ſunt opera da ſeruis tuis illã;quã mũdus dare nõ poteſt pacẽ:vt & corda nr̃a mãdatis tuis dedita & hoſtiũ ſublata formidine/tempora ſint tua protectione tranquilla.per dominum. Sacra.

Deus qui credentes in te populos nullis ſinis cõcuti terroribus: dignare preces & hoſtias dicatę tibi plębis ſuſcipere:vt pax tua pietate conceſſa/tibi chriſtianorũ fines ab omni hoſte faciat eſſe ſecuros.per dominum. Poſt commu.

Deus autor pacis & amator;quẽ noſſe eſt viuere;cui ſeruire regnare eſt:protege ab omnibus impugnatiõibus ſupplices tuos: vt qui in defenſione tua cõfidimus: nullius hoſtilitatis arma timeamus.per dominum noſtrum.

## Pro iter agentibus.oratio.

ADeſto dñe ſupplicatiõibus nr̃is:& viã famuloꝝ tuoꝝ in ſalutis tuę proſpitate diſpone:vt inter oẽs viæ & vitæ huius varietates/tuo ſemper protegantur auxilio.per. Sacra.

Propiciare dñe ſupplicatiõibus nr̃is:& has oblationes quas tibi offerimus ꝓ famulis tuis benignus aſſume;vt viã illoꝝ & p̃cedẽte gr̃a tua dirigas:& ſubſequente comitare digneris:vt de actu atq; incolumitate eoꝝ ſcd̃m mię tuę p̃ſidia gaudeamus.per.

Pro infirmis. Oratio.

OMnipotens ſempiterne deus ſalus æterna credentium: exaudi nos, pro famulis tuis: pro quibus miſericordię tuę imploramus auxilium: vt reddita ſibi ſanitate; gratiarum tibi in eccleſia tua referant actionem. Per. Sacra.

Deus cuius nutibus vitę noſtrę momenta decurrunt; ſuſcipe preces & hoſtias famulorum tuorum: pro quibus ægrotantibus miſericordiam tuam imploramus, vt de quorum periculo metuimus; de eorum ſalute lętemur. Per dominum.

Ad poſtulandam Pluuiam, oratio.

DEus in quo viuimus: mouemur & ſumus; pluuiã nobis tribue congruentem: vt pſentibus ſubſidijs ſufficienter adiuti; ſempiterna fiducialius appetamus. per.

Pro ſerenitate. Oratio.

AD te domine clamãtes exaudi: & aeris nobis ſerenitatẽ tribue ſupplicantib⁹: vt q iuſte pro peccatis nr̃is affligimur; miſericordia tua preueniente clęmentiã ſentiamus. Per.

Pro Pręlatis & Congregatione. oratio.

OMnipotens ſempiterne deus: qui facis mirabilia magna ſolus ptende ſuper famulos tuos & ſuper cunctas congregationes illis commiſſas ſpũm grẽ ſalutaris: & vt in veritate tibi complaceant: ppetuum eis rorem tuę benedictionis infunde. per.

Pro Rege. Oratio.

QVęſumus omnipotens deus vt famulus tuus Rex noſter qui tua miſeratione ſuſcepit regni gubernacula: virtutum etiam omnium á te capiat incrementa: quibus decẽter ornatus: vitiorum monſtra deuitare: & hoſtes ſuperare: & ad te qui via veritas & vita es; gratioſus valeat peruenire. Per dominũ noſtrum.

Pro Tentatis & Tribulatis; oratio.

DEus qui iuſtificas impium: & non vis mortem peccatorum: maieſtatem tuam ſuppliciter deprecamur: vt famulos tuos de tua miſericordia confidentes: cæleſti protegas benignus auxilio: & aſſidua protectione conſerues: vt tibi iugiter famulentur: & nullis tentationibus á te ſeparentur. Per dominum noſtrũ Ieſum chriſtum filium, &c.

Ad inuocandum gratiam ſancti ſpiritus. oratio.

DEus cui omne cor patet:& omnis voluntas loquitur;& quē nullū latet ſecretū:purifica per infuſionē ſp ūſſancti cogitationis cordis noſtri:vt te perfecte diligere: & digne laudare mereamur. Per. In vnitate eiuſdem ſpiritusſancti deus.

Contra tentationem carnis, oratio.

VRe igne ſancti ſpiritus renes noſtros & cor noſtrum dn̄e;vt tibi caſto corpore ſeruiamus: & mundo corde placeamus. Per, In vnitate eiuſdem ſpiritusſancti deus.

Orationes pro Defunctis.

Pro Epiſcopo, oratio.

DEus qui inter apoſtolicos ſacerdotes famulū tuū pontificali fecisti dignitate vigere:p̄ſta q̄s;vt eorum quoq; perpetuo aggregetur conſortio. Per dominum.

Pro viro defuncto, oratio.

INclina dn̄e aurem tuam ad preces noſtras;quibus miſericordiā tuam ſupplices deprecamur;vt animā famuli tui;quam de hoc ſæculo migrare iuſſiſti:in pacis ac lucis regione conſtituas;& ſanctorum tuorum iubeas eſſe conſortem. Per dominum.

Pro Fœmina, oratio.

QVæſumus domine pro tua pietate miſerere animę famulę tuæ:& à contagijs mortalitatis exutam:in ęternę ſaluationis partem reſtitue. Per dominum.

In anniuerſario, oratio.

DEus indulgentiarum domine:da animabus famulorum famularumq; tuarum: quorum anniuerſarium depoſitionis diem commemoramus:refrigerij ſedem:quietis beatitudinem:& luminis claritatem. per dominum.

Pro fratrib9 familiarib9 & benefactoribus, oratio.

DEus venię largitor & humanæ ſalutis amator:q̄ſumus clæmentiam tuā:vt noſtræ congregationis fratres:familiares; & benefactores:qui ex hoc ſæculo tranſierunt:beata Maria ſemp virgine intercedente cum omnibus ſanctis:ad perpetuę beatitudinis conſortium peruenire concedas. Per dn̄m.

Pro parentibus, oratio.

DEus qui nos patrem & matrem honorare præcepiſti:miſerere clæmenter animabus parentum noſtrorum;eorumq;

peccata dimitte,noſq; cum eis in æternę claritatis gaudio fac viuē re.Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.

Pro familiaribus,oratio.

OMp̄s ſempiterne deus:cui nunq̄ ſine ſpe miſericordię ſupplicatur:propiciare animabus famulorū famulorumq; tuarum:vt qui de hac vita in tui nominis confeſſione deceſſerūt:ſanctorum tuorum numero facias aggregari.Per dn̄m.

Pro his qui in cęmiterio requieſcunt,oratio.

DEus cuius miſeratione animę fidelium requieſcunt:famulis & famulabus tuis omnibus hic & vbiq; in Chriſto quieſcētibus da propicius veniā peccatorum:vt à cunctis reatibus abſoluti tecum ſine fine lætentur.per dominum.

Pro viuis & defunctis,Oratio.

OMnipotens ſempiterne deus:qui viuorum dn̄aris ſimul & mortuorum omniumq; miſereris ; quos tuos fide & opere futuros eſſe p̄noſcis:te ſuppliciter exoramus:vt pro quib⁹ effundere preces decreuimus:quoſq; vel præſens adhuc ſęculū in carne retinet:vel futurum iam exutos corpore ſuſcepit:pietatis tuæ clæmentia:omnium delictorum ſuorum veniam & gaudia conſequi mereantur æterna.Per dominum.

Pro viuis & defunctis,oratio.

PIetate tua q̄ſumus domine noſtrorum ſolue vincula omnium delictorum:et intercedente beata & glorioſa ſemperq; virgine dei genitrice Maria cum omnibus ſanctis : nos famulos tuos & omnem populum catholicum:in omni ſanctitate cuſtodi:oēſq; conſanguinitate;ac familiaritate,vel cōfeſſione;et oratione nobis iunctos;vitijs omnibus purga:virtutibus illuſtra:pacem & ſalutē nobis tribue:hoſtes viſibiles et inuiſibiles remoue:amicis & inimicis noſtris verā claritatem largire ; et omnibus fidelibus viuis ac defunctis vitam & requiem æternam concede.Per eundem dn̄m noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum.Qui.

Pro vitanda mortalitate,oratio.

DEus qui non mortem ſed pœnitentiam deſideras peccatorum;populum tuum q̄s ad te conuerte propicius : vt dum tibi deuotus exiſtit:iracundiæ tuæ ab eo flagella ſemp̱ amoueas. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.

Orationes domini noſtri Ieſu xpi. oratio.

IEſu Nazarene reſpice tribulationes q̃ circundederunt nos vn-diq;: & deprecor te toto corde contrito & humili ac in ſ[illegible] hu-militatis: vt exaudias me de tribulatione: propter quam te inuoco & proclamo Alpha & O: Ieſu Chriſte benedicte: pater omniũ cre-dentium: atq; omnium creaturarum: & ſicut veram carnẽ de bea-ta virgine Maria ſuſcepiſti: ita veraciter accipiamus: quod à te pe-timus. Qui viuis & regnas.

Pro tribulatione. oratio.

DEus qui contritorum non deſpicis gemitus: & credẽtium in te non ſpernis affectum: intercedentibus omnibus ſanctis tuis: adeſto p̃cibus noſtris quas tibi ꝓ tribulatione nr̃a effundim⁹: eaſq; clemẽter ſuſcipi tribuas: vt quicquid cõtra nos diabolicę atq; humanę molliunt̃ aduerſitatum fraudes: ad nihilum redigant̃: & conſilio pietatis tuæ allidant̃: vt nullis aduerſitatibus læſi: ſed de omni tribulatione & anguſtia erepti: lęti in eccleſia tua ſancta tibi gratias referamus. Qui viuis & regnas deus.

Pro ſemetipſo. oratio.

OMp̃s ſempiterne deus: tuæ gratiæ pietatẽ ſupplici deuotiõe depoſco: vt omnium malorum meorũ vinculo ſoluas: cun-ctiſq; meis criminibus & peccatis clęmenter ignoſcas: & quia me indignum & peccatorẽ ad miniſteriũ tuum vcoare dignatus es; ſic me idoneum miniſtrum tibi efficias: vt ſacrificium de manib⁹ meis placide ac benigne ſuſcipias: electorumq; ſacerdotum me partici pem facias: & de præceptis tuis in nullis oberrare me permittas. per dominum noſtrum. Sacra.

Deus qui te pręcipis à peccatoribus exorari: tibiq; ſacrificiũ con-triti cordis offerri: hoc ſacrificium quod indignis manibus meis offero: acceptare digneris: & vt ipſe tibi hoſtia & peccatorꝝ meo-rum percipias remiſſionem. per. Poſt commu.

Deus qui viuorum es ſaluator omnium: qui non vis mortẽ pecca torum; nec lætaris in perditione morientium: te ſuppliciter dep̃-cor: vt per hæc ſancta quæ ſumpſi concedas mihi veniã delictorꝝ meorum: vt admiſſa defleam: & deflenda poſtmodũ non admittã; vt cum mihi extrema dies finiſq; vitæ meæ aduenerit: mundatũ à delictis omnibus me angeli ſancti tui ſuſcipiant. per dominum.

De ſancto Emerico,oratio.

DEus qui Emericum iuuenili flore nitentē;in ſanctorum cōfeſſorum tuorum conſortiū ſublimaſti;p̄ſta q̄s; vt quē tibi feciſti eſſe deuotum;et eius apud te perpetuum ſeruiamus auxilium.Per dominum noſtrum Ieſum chriſtum.

De quinq; plagis dn̄i nr̄i Ieſu xp̄i.oratio.

DOmine Ieſu chriſte fili dei viui;qui de cælis ad terram de ſinu p̄ris deſcēdiſti;et in ligno crucis quinq; plagas ſuſtinuiſti; & ſanguinem tuum p̄cioſum in remiſſionem peccatorum noſtrorum fudiſti;te humiliter imploramus;vt in die iudicij ad dexterā tuam audire mereamur;venite benedicti patris mei.Qui viuis & regnas deus;per omnia ſæcula ſæculorum.Amen.

De tribus magis,oratio.

DEus qui tres Magos Orientales,Gaſpar,Melchior,& Balthaſar,ad filij tui domini noſtri Ieſu chriſti cunanula;vt eum myſticis adorarent muneribus;ſine impedimento duxiſti:& reduxiſti;concede famulis tuis;vt in hoc itinere qd' peracturi ſunt:per ipſorum trium Regū pias interceſſiones & merita pacē & proſperitatem;ac ſanitatem;quatenus ipſo vero ſole;vera ſtella;& vero lumine ducente;ad loca optata ſine offenſione & impedimēto p̄uenire mereantur.Per eundem dominum noſtrum.

De diuiſione Apoſtolorum,oratio.

DEus qui diuiſionem Apoſtolorū tuorum hodierna die per mundum fieri in tua prouidentia pręordinaſti;vt in vna fidei gratia gentium per orbem vbiq; diſperſa vocaretur eccleſia;da nobis per ſupplicationem ipſorum veniam promereri peccatorum;quorum vera prædicatione;ad tui ſancti nominis perueniamus agnitionem.Per dominum.

De ſancto Stephano Rege & confeſſore Vngarorum.Oratio.

DEus qui beatum Stephanum Regem & confeſſorem tuum terreni Imperij gloria & honore coronaſti:& ſanctorū tuorum ſocietate ſublimaſti;p̄ſta q̄s;vt quem Panonia habuit diuinæ religionis doctorem in terris;eum modo eccleſia mereatur habere defenſorem in cælis.Per dominum noſtrum.

De ſancto Gregorio pro defunctis. oratio.

OMp̄s ſempiterne deus: qui nos beati Gregorij confeſſoris tui atq; pontificis cōmemoratione lętificas: concede propicius: vt qui eius p̄cibus & meritis defunctoꝝ animas ſupplicijs miſericorditer liberaſti. liberes quoq; eiuſdem pijs ſuffragijs animā famuli tui. N. à tormentis æternis: ereptamq; cęleſtium bonorum facias eſſe conſortem. per dominum noſtrum.

Hæc oratio dicatur ante benedictiones ſequentes.

DEus qui famulo tuo Moyſi in liberatiōe ppl̄i tui de ægypto: agnum occidere iuſſiſti in ſimilitudinem domini noſtri Ieſu xp̄i: & vtroſq; poſtes domoꝝ de ſanguine huius agni pungi præcepiſti: ita benedicere & ſanctificare digneris hanc creaturam Carnis: quam nos famuli tui ad laudem tuā ſumere deſideraṁ9: per reſurrectionem domini noſtri Ieſu Chriſti. Qui tecum viuit & regnat in vnitate. &c.

Benedictio Carnium vel Auium. Oratio.

DIgnare domine deus omnipotens benedicere & ſanctificare has Ouium ſiue Auiū carnes: vt quicunq; ex populis tuis fideliter de eis comederint: omni benedictione cum gratia ſaturati repleātur bonis. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum. &c.

Benedictio Caſei & Ouorum. Oratio.

DEus creator & cōſeruator generis humani: dator gratię ſpiritualis: largitor æternæ ſalutis dn̄e: effunde benedictionem tuam ſup hanc creaturā Caſei & Ouorum: vt armati cæleſti defenſione: quicunq; ex eis guſtauerint: ſibi p̄ficiant ad æternam ſalutem. Per dn̄m noſtrum Ieſum xp̄m.

Benedictio Panis. Oratio.

DOmine ſanctę pater op̄s æterne deus: benedicere digneris hunc panē tua ſancta ſp̄uali benedictione: vt ſit omnib9 ſumentibus ſalus mentis & corporis: atq; contra oēs morbos & vniuerſas inimicoꝝ inſidias tutamen. Per dn̄m.

Benedictio Loci vel Domus. oratio.

BEnedic domine deus omp̄s Locum iſtum vel domū iſtam: vt ſit in eo vel in ea ſanitas. caſtitas: victoria: virtus: humilitas:

bonitas & manſuetudo: plenitudo legis: & gratiarum actio deo patri & filio & ſpiritui ſancto: & hęc benedictio maneat ſup hūc Locū: vel ſup hanc Domū: & ſup habitantes in eo vel in ea. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum.

Benedictio vnicuiq; Rei. Oratio.

BEnedic dn̄e creaturā iſtā. N. vel. N. vt ſit remediū ſalutare generi humano: & pſta per inuocatiōem tui ſancti nominis; vt qcunq; ex ea ſumpſerint vel guſtauerint: corpis ſanitatē; & animę tutelam percipiant. Per dn̄m noſtrum.

Benedictio nouorum Fructuum. oratio.

BEnedic dn̄e hunc Fructū nouū aruorū: vt hi q vtuntur eo: ſint mente & corpe ſanitati reſtituti. Per dn̄m.

Benedictio Vuæ vel Fici, oratio.

BEnedic dn̄e hos Fructus nouos Vuæ ſiue Ficū: quos tu dn̄e per rorē cæli & inundantiā pluuiarū: & tpa ſerena atq; tranquilla: ad maturitatem pducere dignatus es percipiēdos nobis cū gratiarum actione. Per chriſtum dominum.

Benedictio Ouorum. oratio.

SVbueniat q̄s dn̄e tuæ benedictionis gratia huic Ouorū creaturæ: de qua Pullos Gallinarum pcreare dignatus es: vt cibus ſalubris fiat fidelibus tuis in tuarum gratiarum actione ſumentibus. Per xp̄m dn̄m noſtrum.

De orōnibus ad Cathecuminū faciendum.

OMnipotens ſempiterne deus: pater dn̄i nr̄i Ieſu xp̄i reſpicere dignare ſup hunc famulū tuū. N. quē ad rudimenta fidei vocare dignatus es: oēm cæcitatē cordis ab eo expelle: dirumpe oēs laqueos Sathanę: qbus fuerat colligatus, p dn̄m nr̄m.

Alia oratio.

APeri ei dn̄e ianuā pietatis tuæ: & ſigno ſapientiæ tuę imbutus: omniū cupiditatū fœtoribus careat; & ad ſuauem odorē pceptorum tuorum lætus tibi in eccleſia tua deſeruiat: & pficiat de die in diem: vt idoneus efficiatr̄ accedere ad gr̄am baptiſmi tui pcepta medicina. Per eundem dn̄m nr̄m Ieſum, &c.

Alia oratio.

PRæces noſtras Quæſumus Domine Clæmenter exaudi: & in hunc Electum tuum Crucis Dominicæ Impreſſione:

quē ſignamus; virtute cuſtodi; vt magnitudinis gloriȩ rudimenta ſeruans per cuſtodiā mandatorum tuorum ad regeneratiōis gloriam peruenire mereatur. per dominum. Alia oratio.

Deus qui humani generis ita es conditor: vt ſis etiā reformator: propiciare pplis adoptiuis; & nouo teſtamēto ſobolē nouȩ prolis aſcribe: vt filij tui promiſſionis: quod non potuerunt aſſequi ꝑ naturam; gaudeant ſe recepiſſe per gratiam. per eundem.

Benedictio ſalis.

EXorcizo te creatura ſalis in nomine dei patris omnipotētis; & in charitate domini noſtri Ieſu xpi: & in virtute ſpūſſancti. Exorcizo te per deū viuū & verū: per deū qui te ad tutelā humani generis procreauit: & populo venienti ad credulitatē ꝑſeruos ſuos conſecrari præcepit; vt in nomine ſanctæ Trinitatis efficiaris ſalutare ſacramentum: ad effugandum inimicum. Pro inde rogamus te domine deus noſter: vt hanc creaturā ſalis ſanctificando ſanctifices: benedicendo benedicas: vt fiat omnibus accipientibus perfecta medicina permanens in viſceribus eorū: in nomine dn̄i noſtri Ieſu chriſti: qui venturus eſt iudicare viuos & mortuos & ſeculum per ignem. Accipe ſal ſapientiæ: per quod propiciatus ſit tibi deus in vitam æternam. Oratio.

DEus patrum nr̄orum: deus vniuerſæ cōditor veritatis; te ſupplices exoramus; vt hunc famulū tuum. N. reſpicere digneris propicius; & hoc primū pabulū ſalis guſtantē non diutius eſurire ꝑmittas: quo minus cibo expleat̄ cęleſti: quatenus ſit ſemper dn̄e ſpū feruens: ſpe gaudēs: tuo ſemꝑ nomini ſeruiens: & ꝑduc eū ad nouȩ regeneratiōis lauacrū; vt cū fidelib⁹ tuis: promiſſionū tuarum æterna p̄mia conſequi mereatur. per dominum.

Deus Abraā: deus Iſaac: deus Iacob: deus qui Moyſi famulo tuo in monte Sinay apparuiſti deputans eis angelum pietatis tuæ: q̄ cuſtodiret eos die ac nocte; te q̄s domine vt mittere digneris ſanctum Angelum tuum: vt ſimiliter cuſtodiat & hunc famulū tuū. N. & perducat eum ad gratiam baptiſmi tui.

Ergo maledicte diabole recognoſce ſententiā tuā: & da honorem deo viuo & vero: da honorē Ieſu xp̄o filio eius: & ſpiritu ſancto: vt exeas & recedas ab hoc famulo dei. N. quia iſtū ſibi deus & dominus noſter Ieſus xp̄s ad ſuā ſanctā gratiā: & benedictionē: fonteq̄

baptiſmatis dono vocare dignat⁹ eſt:& hoc ſignũ ſanctę cru ✠ cis qd̃ nos frõti ei⁹dam⁹:tu maledicte diabole nunq̃ audeas violare.p eundem.

Super fœminas.

DEus cæli:deus terræ:deus angelorũ:deus archangelorum:deus prophetarum:deus apoſtolorũ:deus martyrũ;deus confeſſorum:deus virginũ;deus omne bene viuentiũ;deus cui omnis lingua confitetur:omne genu flectit cæleſtiũ:terreſtriũ:& infernorum:te inuoco domine ſup hanc famulã tuã.N.vt perducere eã digneris ad gratiã baptiſmi.Per dominum noſtrum Ieſum.

Super maſculos.

DEus immortale præſidiũ poſtulãtium:liberatio ſupplicum:pax rogantium:vita credentium;reſurrectio mortuorum:te inuoco domine ſuper hunc famulum tuum.N.q baptiſmi tui donum petens æternã conſequi gratiã ſpirituali regeneratione deſiderat.Accipe eum dñe:& quia dignatus es dicere:petite & accipietis:q̃rite & inuenietis:pulſate & aperiet vobis;petenti p̃miũ porrige:& ianuam pande pulſanti:vt æternam cæleſtis lauacri benedictionem conſecutus:promiſſa tui muneris regna percipiat. Per dominum noſtrum Ieſum chriſtum.

Audi maledicte ſathana adiuratus per nomẽ ęterni dei & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti filij eius;cum tua victus inuidia tremens gemenſq; diſcede:nihil tibi ſit cõmune cum ſeruo dei iã cæleſtia cogitanti:renunciaturo tibi ac ſæculo tuo:& beatę immortalitati victuro.Da igitur honorẽ aduenïẽti ſpiritu ſancto paracleto:q ex ſumma cæli arce deſcẽdens;pturbans fraudibus tuis:diuino fonte purgatum pectus;ideſt ſanctificatum deo;tẽplum & habitaculũ perficiat:& ab omnibus penitus noxijs præteritorũ criminum liberatus;ſeruus dei effectus:gratias pemni deo referat ſemper;& benedicat nomẽ eius ſanctum in ſęcula ſęculorum. Amen.

Super fœminas.

DEus Abraã;deus Iſaac;deus Iacob;deus qui tribus iſrael de ęgyptia ſeruitute liberaſti & p Moyſen famulum tuum de cuſtodia mandatorum tuorum in deſerto monuiſti.Suſannam de falſo crimine liberaſti:te ſupplex domine deprecor;vt liberes & hãc famulã tuã.N.et pducere eã digneris ad grãm baptiſmi tui.

De maſculis.

EXorcizo te immunde ſpūs in nomine patris:et filij;et ſpiritus ſancti:vt exeas et recedas ab hoc famulo dei. N.ipſe enim tibi imperat maledicte damnate:qui pedib⁹ ſuis ſupra ma[illegible] ambulauit;et Petro mergenti dexteram porrexit.

Super fœminas.

EXorcizo te immunde ſpūs per patrem et filiū & ſpm̄ ſanctum:vt exeas et recedas ab hac famula dei.N.ipſe enim tibi imperat maledicte dānate:q ceco nato oculos aperuit:et quatriduanum Lazarum de monumento ſuſcitauit.

Oratio.

ÆTernā ac iuſtiſſimā pietatē tuā depcor dn̄e ſancte pr̄ omps eterne deus luminis & veritatis ſup hunc famulū tuū.N. vt digneris eum illuminare lumine intelligentię tuę:munda eum et ſanctifica:et da ei ſcientiā verā:vt dignus efficiatur accedere ad grām baptiſmi tui,teneat,firmā ſpem,conſilium rectum:doctrinā ſanctam:vt aptus ſit ad percipiendam gratiam baptiſmi tui. Per Chriſtum dominum noſtrum.

NEc te latet Sathana imminere tibi pœnas;imminere tibi tormenta:imminere tibi diē iudicij; diem ſupplicij ſempiterni; diem q venturus eſt velut clibanus ardēs:in quo tibi atq; vniuerſis angelis tuis æternus veniet interitus.Proinde dānate atq; dānande:da honorē deo viuo & vero:da honorē Ieſu xp̄o filio eius & ſpiritu ſancto : in cuius nomine atq; virtute p̄cipio tibi quicunq; es ſpiritus immunde : vt exeas & recedas ab hoc famulo dei; quē hodie deus & dn̄s nr̄ Ieſus xp̄s ad ſuā ſanctā gratiā & benedictionē fontēq; baptiſmatis dono vocare dignatus eſt:vt fiat ei⁹ templū p aquā regenerationis:in remiſſionē oim peccatorꝝ:in nomine eiuſdē dn̄i nr̄i Ieſu xp̄i:qui vētur⁹ eſt iudicare viuos & mortuos & ſcl'm p ignē. Effeta qd' eſt apire.In odorem ſuauitatis.Tu autē effugare diabole:appropinquabit enim iudicium dei.

Ad benedictionem Aquæ.oratio.

OMp̄s ſempiterne deus:adeſto magnę pietatis tuę myſterijs: adeſto ſacramentis & ad recreandos nouos populos quos tibi fons baptiſmatis pturit:ſpm̄ adoptionis emitte:vt qd' noſtræ humilitatis gerendum eſt myſterio:tuæ virtutis impleat̄ effectu. Per dominum noſtrum Ieſum chriſtum.

Pręfatio ad benedicendum aquā baptiſmatis.

QVi inuiſibili potentia ſacramentorũ tuorum mira
biliter operaris effectũ:& licet nos tãtis myſterijs
exequendis ſimus indigni:tu tamen gratię tuę do
na non deſerens:etiam ad noſtras p̃ces aures tuę
pietatis inclinas.Deus cuius ſp̃us ſuper aquas in-
ter ipſa mundi primordia ferebat̃:vt iam tunc vir
tutem ſanctificatiõis aquarum natura conciperet. Deus qui no-
centis mundi crimina per aquas abluens:regeneratiõis ſpeciem
in ipſa diluuij effuſione ſignaſti:vt vnius eiuſdemq; elementi my-
ſterio:& finis eſſet vitijs:& origo virtutibus.Reſpice domine in fa
ciem eccleſiæ tuæ & multiplica in ea regeneratiões tuas;qui gra-
tiæ tuæ affluẽtes impetu lætificas ciuitatem tuam;fontemq; bap-
tiſmatis aperis toto orbe terrarum gentibus innouandis; vt tuæ
maieſtatis imperio ſumat vnigeniti tui gratiam de ſpiritu ſancto.
Qui hanc aquam regenerandis hominibus præparatã:arcana
ſui luminis admixtione fœcundet:vt ſanctificatione concepta:ab
immaculato diuini fontis vtero;in nouam renatam creaturam ꝓ
genies cęleſtis emergat.Et quos aut ſexus in corpe:aut ętas diſ-
cernit in tempore:omnes in vnam pariat mater infantiã. Procul
ergo hinc:iubẽte te domine:omnis ſpiritus immundus abſcedat:
procul tota nequicia diabolicę fraudis abſiſtat.Nihil hic loci habeat
contrariæ virtutis admixtio;non inſidiando circumuolet;non la-
tendo ſurripiat;non inficiendo corrumpat. Sit hæc ſancta inno-
cens creatura:libera ab omni impugnatoris incurſu:& totius ne-
quiciæ purgata diſceſſu:ſit fons viuus:aqua regenerans;vnda pu
rificans:vt omnes hoc lauacro ſalutifero diluendi(operante in eis
ſp̃u ſancto)ꝑfectę purgationis indulgentiã conſequant̃.Vnde be
nedico te creatura aquæ per deũ viuũ:per deũ ſanctũ:per deũ q
te in principio verbo ſeparauit ab arida:cuius ſpiritus ſup te fe-
rebatur in mundi creatione,Qui te de paradiſo manare fecit:&
in quattuor fluminibus totam terram rigare præcepit.Qui te in
deſerto amaram(ſuauitate indita)fecit eſſe potabilẽ:& ſitiẽti po-
pulo de petra ꝓduxit:vnde benedico te per Ieſum xp̃m filiũ eius
vnicum dñm noſtrum:qui te in Chana Galileæ ſigno admirabili
ſua potentia conuertit in vinum. Qui pedibus ſuper te ambu-
lauit:& à Ioanne in Iordane in te baptizatus eſt,Qui te vna cum

ſanguine de latere ſuo ꝑduxit;& diſcipulis ſuis iuſſit;vt credentes baptizarent in te dicens.Ite et docete oẽs gẽtes;baptizãtes eos in nomine patris et filij et ſpirituſſancti. Oratio.

Hęc nobis pręcepta ſeruantib⁹ tu deus oῗs clęmẽs adeſto;tu benignus aſpira;tu has ſimplices aquas tuo ore benedicito;vt ꝑter naturalẽ emundationẽ quã lauãdis poſſint adhibere corporibus; ſint etiã purificandis tibi mentibus efficaces. Oratio.

Deſcendat in hanc plenitudinẽ fontis virtus ſpirituſſancti;totãq; eius ſubſtantiã regenerãdi fœcundet effectu;hic omnium pctõꝝ maculę deleant̃;hic natura ad imaginẽ tuã condita;et ad honorẽ ſui reformata principij,cunctis vetuſtatis ſcaloribus emundet̃:vt omnis homo hoc ſacramẽtum regenerationis ingreſſus;in verę innocẽtię nouam infantiã renaſcat̃.per dominum.

Sanctificet̃ et fœcundet̃ fons iſte renaſcẽtibus ex eo in vitã ęternam.In nomine patris et filij et ſpirituſſancti.Amen.

Abrenuncias Sathanę;et omnib⁹ opibus ei⁹;Abrenũcio.Et ego te lineo oleo ſalutis in chriſto Ieſu domino noſtro;vt habeas vitam æternam;et viuas in ſæcula ſeculorum.Amen.

Deus oῗs pater domini noſtri Ieſu chriſti;qui te regenerauit ex aqua et ſpiritu ſancto;quiq; dedit tibi remiſſionẽ omnium pctõrum;ipſe te lineat in vitam æternam.Amen.

Accipe veſtẽ ſanctam candidam et immaculatam;quam ꝑferas ante tribunal domini noſtri Ieſu chriſti;vt habeas vitam ęternam et viuas in ſæcula ſæculorum.Amen.

Accipe lampadẽ ardentẽ irreprehenſibilẽ;et cuſtodi baptiſmum tuum:vt cum venerit dominus ad nuptias cum omnibus ſanctis; poſſis ei occurrere in aula cæleſti;vt habeas vitã æternã:et viuas in ſæcula ſæculorum.Amen.

Dñica in ramis palmaꝝ. Benedictiones ſuꝑ ramos.

Deus cuius filius ꝓ ſalute generis humani de cęlo deſcẽdit ad terras;et appropinquãte hora paſſionis ſuę hieroſolymã in aſina venire;et a turba rex appellari ac laudari voluit:bñdicere dignare hos palmaꝝ cęterarũq; frondiũ ramos:vt oẽs qui eos laturi ſunt in manus ſuas;tuis ita bñdictionibus repleant̃;quatenus & in hoc ſęculo hoſtis antiqui tẽtamẽta ſuꝑare:et in futuro cum palmis victoriæ;et fructu bonoꝝ operum:tibi valeant apparere.

Alia oratio.

OMnipotens ſempiterne deus:qui Noe famulo tuo oſtendi
ſti diluuij effuſionem:& per os columbæ geſtantis ramum
oliuę pacem terrę redditam renunciare voluiſti:te ſupplices depͣ
camur; vt hanc creaturã oliuarum ſiue cæterarum frondiũ: quã
ante conſpectũ gloriæ tuæ offerimus:potentia tua ſanctifices:vt
eas deuotus populus in manibus ſuſcipiẽs:benedictionis tuę gra
tiam conſequi mereatur.

Alia oratio.

Petimus dñe ſancte pater oṗs æterne deus:vt reſpicere digneris
ſuꝑ hanc creaturã oliuę & palmę:cæterarumqꝫ frondiũ:quam in
ligni materia ꝑducere iuſſiſti:cũ columba rediens arcã ꝓprio ꝑ
tulit ore:benedicere & ſanctificare digneris hos ramos: vt qcũqꝫ
ex eis acceperint;ſint ad perfectionẽ animę & corꝑis;& fiant nr̃æ
ſalutis remedium:& tuæ gratiæ ſacramentum.

Alia oratio.

Oṗs ſempiterne deus: q diſꝑſa cõgregas:& cõgregata cõſeruas:
qui ppl̃is hominũ & ramos portantibꝰ benedixiſti;benedic hos ra
mos palmæ & oliuæ:cæterarumqꝫ frondium; quos filij tui ad ho
norem nominis tui ſuſcipiũt:vt quocũqꝫ loco introducti fuerint:
tuę bñdictionis cõſequant̃ effectũ:vt omni aduerſa valitudine ef
fugata dextera tua ꝓtegat:quos redemit.per dñm.

Canticum Angelorum.

GLoria in excelſis deo.Et in terra pax hominibus bonæ
voluntatis.Laudamus te.Benedicimus te.Adoramꝰ te.
Glorificamus te.Gr̃as agimꝰ tibi propter magnã gl̃iam
tuam.Dñe deus:rex cæleſtis;deus pater oṁps.Dñe fili vnigenite
Ieſu xp̃e.Dñe deus:agnus dei:filius pr̃is.Qui tollis peccata mũ
di miſerere nobis.Qui tollis peccata mundi:ſuſcipe depͨatiõnem
nr̃am.Qui ſedes ad dexterã patris;miſerere nobis.Quoniam tu
ſolus ſanctus.Tu ſolus dominus.Tu ſolus altiſſimus Ieſu chriſte
cum ſancto ſpiritu in gloria dei patris.Amen.

Symbolum Apoſtolorum.

CRedo in vnum deum.Patrẽ omnipotentẽ factorem cę
li & terræ:viſibiliũ omniũ & inuiſibiliũ.Et in vnũ dñm
Ieſum xp̃m filiũ dei vnigenitũ.Et ex patre natum ante

omnia ſæcula. Deum de deo: lumen de lumine; deum verũ de deo vero. Genitum: nõ factum: conſubſtantialem patri: per quẽ omnia facta ſunt. Qui propter nos homines & propter noſtram ſalutem deſcendit de cælis. Et incarnatus eſt de ſpiritu ſancto ex maria virgine: & homo factus eſt. Crucifixus etiam pro nobis ſub Põcio Pilato. Paſſus & ſepultus eſt. Et reſurrexit tertia die ſcdm ſcripturas. Et aſcendit in cælũ: ſedet ad dexterã patris Et iterum venturus eſt cum gloria iudicare viuos & mortuos: cuius regni nõ erit finis. Et in ſpm ſanctum dñm & viuificantẽ: qui ex patre filioq; procedit. Qui cũ patre & filio ſimul adorat̃ & conglorificat̃: qui locutus eſt per ꝓphetas. Et vnã ſanctã catholicã & apoſtolicã eccleſiam. Confiteor vnũ baptiſma in remiſſionẽ peccatorum. Et expecto reſurrectionem mortuoꝝ. Et vitam venturi ſæculi. Amen.

## Oratio Dominica.

PAter noſter; qui es in cælis; ſanctificetur nomẽ tuũ. Adueniat regnũ tuum. Fiat voluntas tua ſicut in cælo & in terra. Panẽ noſtrũ cotidianũ da nobis hodie. Et dimitte nobis debita noſtra: ſicut & nos dimittimus debitorib⁹ noſtris. Et ne nos inducas in teutationem. Sed libera nos à malo. Amen.

## Salutatio Angelica.

AVe Maria gratia plena dñs tecũ. Benedicta tu in mulieribus: & benedictus fructus ventris tui Ieſus. Sancta Maria mater dei ora pro nobis peccatoribus. Amen.

## Salutatio ad Virginem.

SAlue Regina: mater miſericordiæ. Vita: dulcedo: & ſpes noſtra ſalue. Ad te clamamus exules filij Euę. Ad te ſuſpiramus gementes & flentes in hac lachrymarũ valle. Eja ergo aduocata noſtra: illos tuos miſericordes oculos ad nos conuerte. Et Ieſum benedictum fructum ventris tui nobis poſt hoc exilium oſtende. O clemens. O pia. O dulcis virgo ſemper Maria. ℣. Ora pro nobis ſancta dei Genitrix. ℟. Vt digni efficiamur promiſſionibus Chriſti.

Sequuntur decem pręcepta Decalogi.
In tabulis binis lex eſt depicta petrinis.

VNum cole deum, Ne iures vana per illum
Sabbata ſanctifices, Charos venerare parentes.
Noli mœchari, Noli de cęde notari.
Furta caue fieri, Non ſis teſtis niſi veri.
Non cupias nuptas, Nec quæras res alienas.

De ſeptem articulis Diuinitatis.

Articulus primus monſtrat ꝙ ſit deus vnus.
In patremq; ſequens dicit ꝙ credere debes.
Tertius in natum te cogit credere chriſtum.
Quartus te cogit in ſanctum credere pneuma.
Credas in quinto deitate cuncta creaſſe.
Sextus ait crede: dominus peccata remittet.
Omnes ſurgemus ſeptenus dicit aperte.

De ſeptem articulis Humanitatis.

Conceptus, natus, paſſus, deſcendit ad ima.
Surgit & aſcendit, veniet diſcernere cuncta.

De ſeptem Sacramentis Eccleſiæ.

Abluo, firmo cibo, piget, vxor, ordinat, vngit.

De ſeptem operibus miſericordiæ ſpiritualibus.

Conſule; carpe, doce; ſolare, remitte; fer, ora.

De ſeptem operibus miſericordiæ corporalibus.

Viſito, poto, cibo, redimo, tego, colligo, condo.

De ſeptem peccatis Mortalibus.

Laudis amore tumens: miſeraq; cupidine auarus.
Inuidus; iracundus: iners; guloſus: amator.

De tribus virtutibus Theologicis.

Chriſticolæ virtus amor eſt tibi, ſpeſq;, fideſq;.

De quattuor virtutibus Cardinalibus.

Eſt iuſtus: fortis: eſt prudens: atq; modeſtus.

De quinq; ſenſibus Corporeis.

Viſus: odoratus: cum guſtu: tactus & auris.

Finis.

APVD INCLYTAM GARNATAM
MENSE OCTOBRI
M.D.XXXIX.




Aethæreum quicunq; cupis conſcendere regnum.
Ex his difficilem tu tibi ſume viam.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SEVILLA

i20444060
i20444187

178

30